cum ipsum taliter a colubre tartareo obsessuz liberauit. Quantum autem paci studeret: ac concordie: testes illi duo sunt fratres iuxta Ticini amnem ob cõmune eorum pratum rutilantibus gladijs inuicez contendentes: apud eum locum: quem caminum vocabat antiquitas: quos pacauit: pro prati precio grata eis oblata pecunia. quod quidem pratum postea cõmuni dedit Papie: quo publicis cõmodis inseruiret: et pratum pacis nuncuparetur. Preterea Porranã villulam maiori canonice adiecit: quoniam ex cetu canonicorum euectus fuit ad Pontificatum. Ad exornandam autem ciuitatem: quam super omnia post deum habebat carissimam: magnum adhibuit studium. nam quia prius erat cenosa: ac deturpata: eius vias decenter strauit. Pontem etiaz prope vrbem: non mediocri iecit impensa. Et vt breuibus concludam: alia multa beneficia: tum spiritualia: tum tẽporalia vir ipse bonus: et Pontifex optimus: vrbi: et populo contulit. Postremo cum Pontificiũ munus summa religione: ac virtute exercuisset: beneqz de deo: de patria: de beato clero: et christiano populo meritus: sciret ĩminere diem sui recessus: ab hac Lachrimarũ valle: ipsum exhortauit clerum: atqz populum: ad bene: beateqz: viuendum: eiqz ingenti caritatis feruore Papiam christianorum ciuitatem cõmẽdauit. Atqz virum nobilem Epiphanium: miranda virtute redimituz: cuius viderat oculis: erat ore locutus: ambulauerat pedibus: et grauissimo Põtificij leuebatur onere. Qui statim post eius exitum eo dignitatis culmine sublimatur. His dictis: Crispinus ipse pastor pientissimus meruit audire vocẽ sibi dicentem. Ueni iam benedicte domini et ingredere ea que tibi debentur eterna tabernacula: et colachrymãtibus Ticinẽsibus: venerabile corpus suum magno honore traditur sepulture: Anno salutis septimo supra ducentesimum: sui vero Pontificatus quarto supra trigesimum. Et volens deus magnam eius sanctitatez miraculis declarare: hoc vnũ ex multis ex multis nõ est conticendũ. Naz Petrus dyaconus Papiẽsis ad curãdas vltra padũ ecclesie vtilitates: missus: dum subito aeris turbine: tonitrua: grãdines: et fulgura: e celo ruerent: flexis in terram genibus: et inuocato diui Crispini presidio: mox cunctis fugatis tenebris: phebi fulgentibus radijs: celo sub sereno terra illustratur. Tunc ipse: comitesqz omnes

tanto liberati periculo: deo: ac Crispino ingentes gratias atq; lau des decantarunt. Mitto miraculosam sui corporis translationē & alia plura miracula: vt ad reliquas sacras hystorias trāseam.

De scto Crispino hui⁹ nois Papie Epo scdo & de iuidia. Ca. V.

Rispini Sācti ei⁹ nominis secundi ticinensis Episcopi venerande reliquie in sacro etiam ipso templo seruātur. Qui cū multis florer et virtutib⁹: & sanctitatis operibus in pontificij sedē est euectus. Ex sen tentijs autem suis hec vna est eximia. Nemo inuidet nihil habenti. Inuidus autem viam lucri claudit sepe innocenti. Detestatur igitur ipse Crispinus execrandum iuidie crimen: quo inter mortales: tot horrenda tot innumera exoriuntur mala. Ab initio enim in excelso celi solio aduersus supernam maiestatem perfidi colubris inuidia suum cepit serere venenum. ex quo ex preclarissima luce: in eternas abyssi tenebras precipitatus indoluit nimium semper postea: atq; erubescit hoies ex lutea materia caritatem in terris constanter tenere: quam perfidus ipse draco in celo habere nequiuit. Nec cessat inuidie felle sedulo humanum genus inficere: euertere: ac perturbare. Inuidia namq; secum fert calumnias: vltiones: odia: captiuitates: exilia: dolores: vastationes: direptiones: ruynas: incendia: naufragia: truculentas mortes: obsidentur inuidia vrbes: scanduntur menia: saxis quassantur edes: sagitis obnubilatur aer: ferro: & igne cuncta populantur: pelluntur patria ciues: captiuantur etiam optimi. torquent̄: ac iugulantur: nulli parcitur sexui: neq; etati. Mitto aduersus inocentes accusationes: fraudes: proscriptiones: cruciatus: vincula: carceres: vulnera: cedes: extremasq; calamitates: & desolatiões. dirripiunt̄ itē ciuitates: Regna in solitudinē redigunt̄:

omnis tumultuatꝛ terra: vbi fluctuat inuidia. Ad tantaꝫ deniqꝫ cō fusionem veniunt status rerum: q̄d noctis caligine: ⁊ diei luce: proprio etiam in strato homies interficiuntꝛ: enecantꝛ: suffocantꝛ: ⁊ strangulantur. armantꝛ parētuꝫ in liberos manus: nephande apponūtur epule: matrimonia violantꝛ: virgines deflorantꝛ: nephandis stupris fedantꝛ oīa: mortales cōciti ad omne nephas inuicem digladiantur. Nā inuidus a pio mētis preposito recedens cuncta laxat frena ad iniquum: nihil cogitat: nihil loquitꝛ: nihil tractat: nisi atrox: ⁊ sceuū: frater a fratre non est tutus. Inuidētie nāqꝫ iaculis perijt Abel: quem iustum sacra cōmemorant scripta: quia ab ineunte etate iusticiam colere: ⁊ deū diligere didicit: ⁊ in omnibus operibus suis presentem putabat dominū. Illum chaym frater iniquus: incensus iuidia interfecit: q: deo grata offerebat sacrificia hic: vt Augustinus scribit: primus in celo ad ampliādam supernā ciuitatē dei martyr: celestisqꝫ ciuis claruit. Joseph autem patriarcha iustus atqꝫ castissimus: cum forma: virtuteqꝫ: ⁊ sapientia excelleret alios frēs: ⁊ alijs filijs a patre amplius diligeretꝛ: ob eam dilectionē: ⁊ duarum visionū patri ⁊ fratribus habitam reuelationē: maximam in se fratrum cōflauit inuidiā: ab ipsisqꝫ fratribus in egypto venundatꝛ: sue etatis anno quinto ⁊ decimo. Esau vero fratris inuidia: fraudato ceco patre: debita portione priuatur. Reliqua inumera omittuntur exempla: breuitatis causa: inumeraqꝫ mala: que pro magnitudine criminis narrari non possunt: quibus humanuꝫ genus continuo inficitꝛ. O infelices animas: que tam diro criminis iaculo vulnerantur? O scelus infaustū: quo animus veluti sceua tempestate ad omne nephas armatur? Armanda sunt igitur pectora aduersus tā horrendam pestem. generosi assumendi sunt animi: vt fugiamus eā nobis tantopere infestam: que primo cepit furere in celo: Postea i terra: ⁊ in mari: ⁊ ob quā demum sub syderibus cuncta male versantꝛ. In inferno autem: vbi omnis est exclusa caritas: ⁊ omnis inuidie regnat ardor: ꝯfusionis obtinet pricipatū: in succensis illis furore demonum igneis fornacibus: ac animaruꝫ horrendis cruciatibus: atqꝫ tormentis: quorum fumus in secula ascendet seculorum. Crispinus deniqꝫ ātistes ip̄e religiōe: virtute: ⁊ ope sanctꝰ Anno dn̄i quinto supra trigesimū: sui vero pontificatus vigesimo: magno funeris

honore cum primo Crispino a christiano populo in eodem delubro vno tumulo tumulatur. Hucusq; dixi de Syro patrono siquidē sanctissimo ibidem tumulato: ac duobus Crispinis Pontificibus Ticinensibus: inter sanctos relatis. Qui in primitiua ecclesia cum extuaret in orbe fidei feruor: cum floreret martyrum virtus: cū maiori christi fide Papia aliarum ciuitatū magistra splendidioribus xp̄iane culture radijs populos illustraret: maxia sanctitate claruerūt. Nunc maiestate celesti suggerēte: dicam de alijs ea etiam in sacra maiori ede domiciliū habētibus qui ꝛ si īter eos sanctos Pōtifices nō referāť: celestes tñ atq; beati: ꝛ nō terreni sunt habendi: si eoꝝ virtutes ꝛ sanctitatis opera in ꝑuetusto Pōtificū Papie codice recte ꝯsiderenť. Venio mō ad Fulchū perbeatū Ep̄m.

De sancto Fulcho Papie Episcopo. Cap. VI.

Fulchus Presul Ticinē sis perbeatus ex Scotia oriundus: in eadē sacra ede suas venerādas reliquias habet: qui recte cōsiderās dei fontē vberrimum sapientie cunctis patere discere cupientibus ex Scotia gēte veniens: ere vacuus: plenus autem ardore discendi: superatis alpibus descendit in italiā ad Placentiam scilicet vrbem: vbi eo tempore florebant studia disciplinarū. Et cogitans a deo se hoīez creatū: cui⁹ celestis parētis figurā gestabat: qđ qdē hominis tēplum: non auro: non argento: non gēmarum donis corruptibilibus: sed eternis virtutum muneribus venit exornandum: solerti ingenio ibidem litteris operā dare cepit: ꝛ super omnia celestem doctrinam inquirere: illam intelligens vtiliorem pro animarum eruditione ad bene beateq; viuendum. ꝛ dum his vacaret studijs: adeo pauper erat: vt vite necessarijs sepius indigereť: sepiusq;

cogeretur mēdicatum inquirere panem. Contigit autem semel duz apud edes cuiusdam mercatoris elemosinaz peteret: q mulier quedam pauperem derridens Fulchum inquit: hanc tibi offero panis bucelam: vt nunq̄ consequaris episcopatū. At statim Fulchus manum: quam ad elemosinam iam extenderat: retraxit: ne ɔtra dei voluntatem subdolum mulieris eloquium adimpleret: iam dominus spiritum suum effuderat in eum. Hero edis postea re relata: illico ad eum euocauit Fulchum: ⁊ in eius presentia vehementer impudē tem obiurgans mulierculaz: pia prouisione firmauit: q suis in edibus in singulos dies semel reficeretur. Proficiscēte autem Fulcho de virtute in virtutez: cuius mens tota bonaruz artiuz studijs erat intenta: vt haud minus moꝝ grauitate: q̄z litterarum exornaretur: prestaretq̄ insigni religione: ac doctrina: essetq̄ modestus: prudēs: grauis: continens: clemens: diuine legis scientissimus. nullo religionis: pietatis: humanitatis: benignitatis exemplo p̄termisso: eo quo in eius vultu: oculis: ore ⁊ gestu nil: nisi virtus: sapiētia: ⁊ venerāda religio eluceret: ecce q Placentinus morit̄ Antistes: ⁊ voce populi in pastorem Fulchus eligitur: cui electioni nunq̄ voluit assentire: ob magnam familiaritatem in ea vrbe contractam. Postea vero Papie episcopo defuncto: quoniaz Fulchi perspicua fama ad Ticinenses peruenerat: eorum Pontificij sede sublimatur. in qua dū pontificaret: difficile esset recenscere: quantis claruerit virtutibus: ⁊ sanctitatis operibus: precipue pietatis in orphanos: viduas: pupillos: ⁊ quoscunq̄ miserabiles. Et inter cetera sua pia opera memoranda fertur: q cum bisseptem: ⁊ vna paupere familiari cōuiuio in singulos dies discumberet: Totidem item scholaribus disciplinis incūbentibus: pariter ⁊ preceptoribus: de vite necessarijs prouideret. Ea pietatis scala celum scandens Fulchus pastor pientissimus: vir religione: ⁊ virtute mirandus: clemens in delinquentes: beneficus in pauperes: in hospites benignus: misericors erga calamitosos: Patria: ⁊ Scotia gente pegrinꝰ: magna virtute Italus: diffusa charitate Ticinensis: vt omnibꝰ carus fuerat: ita post mortem ab omnibus magno Laudū preconio Sanctus: atq̄ Pōtifex optimus celebratur.

De sancto Rhedubaldo Papie Episcopo conditore sancti Thome. Cap. VII

Rhedubaldus qnquagesimus Ticinē sis Eps: Anno salutis sup̄ octigentos octauo: ac nonagesimo: bisdecē ꝛ qnqꝫ sedit annis. Hic namqꝫ vir virtutū prestātia insignis: cuius preclara extant facinora: ītelligēs indigne apostolorum loca tenere: nisi eorū vitam: virtutem: ꝛ religionē imitaretur: tanta florebat moruꝫ integritate: tantumqꝫ erat cibi: potus: somniqꝫ: parcus: quo crebra vigilandi: legendi: ꝛ orandi cōsuetudine cultui diuino intentus esse posset: qꝫ ab tota spaciosa domo sua cūcta exultarēt crapula: atqꝫ ebrietates: solum in singulas hebdomadas: iouis. s. die: soluꝫ vnius prandij apparatū patiebatur cum omni sua familia: ab qua magno studio vicia: maxime libidines fulminare: ꝛ virtutes erigere nō cessabat: altamente considerans Adam a paradisi delicijs gulla fuisse eiectum. Preterea animaduertens Ticinensem vrbeꝫ Sanctoꝝ reliquijs q̄ꝫ maxime illustratam. Pastor ipse optimus: vt rei diuine precipuaꝫ curaꝫ gereret. per singula totius vrbis templa: venerandas Sanctoꝝ reliquias: que erant in obscuro: solertissime perquisiuit: scriptoqꝫ mandauit. Et Cronicam perbreuem de eis condidit que reuerendo tanti Presulis nomine cōmunita: eiusdeꝫ sacri thesauri patefactam veritateꝫ veris litteris dillucide continet: atqꝫ fidem: longeqꝫ etiam maiorem prestat venerationem. cui etiaꝫ

adiecit delubra Regũ impẽsa erecta: vbi noiatim ipsi Reges tumulantur. Que oia cuz eiusdẽ vrbis celesti origine: ac ingenti antiquitate in mediũ efferunt. Nũc ad cetera explicanda venio. Eo nãqz tẽpore: quo pontificabat insignis. Antistes ipse: Ticinũ veniẽs beatus Isnardus sacri predicatoꝝ ordinis: magno christiane religiõis cõplexu iũcti fuere viri ipsi religiosissimi. quoꝝ mutua grãdis charitas diuino ingenio illustrata effectrix: ⁊ mater fuit multoꝝ bonorũ. Idem nãqz Presul insignis magno mentis ardore Pontificij munus exercens plura construxit monasteria. Hic inferius anotata: in quib⁹ nouos sacerdotes: nouasqz sacras moniales instituit: ab quibus indies diuina celebrant: additis multis ꝓuentibus ad eoꝝ religiosoꝝ substentationẽ. Monasteriũ precipue sub titulo ⁊ in honorem diui Thome apostoli: q̃d fratrib⁹ predicatoꝝ dicauit: mirãda Isnardi flãma charitatis inflamante. cuius pietatis: ac religionis: ⁊ sanctitatis officia ibidez plurimũ claruerũt: cuiusqz sacrũ corpus ibidem suũ habet domiciliũ: cuz beata Sibelina papiense muliere: que seclusa in quadã solitaria celula: ibi orationib⁹: ieiunijs: ⁊ vigilijs in feruore diuine charitatis: ⁊ sanctitatis opib⁹ nocte: diuqz vacabat: ⁊ deo largiente dũ mondane vanitatis gloriaz sperneret: districte viuẽdo: ⁊ deo seruiẽdo ad exitũ vsqz eius religiosissime vite: sibimet celeste regnũ hereditauit. Sunt ⁊ alia digna laude memorãda. Nã q̃ꝫtuz Ep̃atus ampliauerit facultates: atqz ꝓuentus: testat̃ Rozaschi oppidũ: itẽ ⁊ Portusalbere castellũ põtificali sceptro magna ipsi⁹ Põtificis diligẽtia ꝯquisitũ: partiz ex nũmis alienate cuiusdã ꝑtis Atrij ep̃alis: quã populus Ticineñ. ꝓclamabat sue rei publice ꝑnecessariã: qm̃ suo palatio iũgebat̃. Plura ẽt alia ei⁹ p̃clara facinora breuitatis gr̃a omittunt̃: quo ad exitũ ꝓperẽ: q: longũ eẽt cũcta ꝯtexere. Demũ cũ Pastor ipse ꝯspicu⁹: tãta solicitudine: studio: ac diligẽtia: tũ i reb⁹ diuinis: tũ in hũanis strenue elaborasset: v̉bo: ⁊ exẽplo: ꝓcurãdo salutẽ sui populi: sueqz patrie: quã mirãda pietate ꝓseq̃bat̃. Ecclesiãqz Ticinẽsez sacris tẽplis: atqz Zenobijs mirifice auxisset. Et sup̃ mẽoratũ scãꝝ reliqaꝝ celestẽ thesauꝝ ignorãtie nube tectũ: p̃claro Cronice scripto eduxissꝫ i lucẽ: dilect⁹ deo: ⁊ hoib⁹ spm̃ emisit in celũ. eius v̉o sacrũ corp⁹ magno Põtificij honore colachrimãte ticinensi populo: ea in sacra maiori ede tumulat̃.

Jacobi Gualle Jureconsulti: Sanctuarij Papie. Liber secundus.

De sancto Joanne Papie Epo: Mundoq3 ɔtēnendo. Cap. I.

Jwan nis Antisti tis Ticinē sis venerā de reliquie ea etiā i sa cra ede tumulate venerant. Hic cuz circa spūalia magis q̄3 temporalia intenderet: hac eximia vtebatur sententia: q Eps nomen suum minime adimpleret: si tam temporalia q̄3 spiritualia diligenter non solicitaret. Neq3 spiritualium contemplatione minime tēporalia debebat omittere: quo fatigatus diuerso labore itelligeret: q̄3 graue ess3 onus Epale: 7 quaz in diuino iudicio districtā esset redditurus rōem.

Patet ex sacris his dictis Joannē ipsum aliorum nō expectasse conuinci sermone: sed in sui aliorūq3 salutem: atq3 eruditionem cōuicisse seip3: palāq3 redarguisse: 7 ostēdisse q̄3 graue on⁹ sit Epale. Attrēdant obsecro: q tante dignitatis apicem ambiētes illud Augustini festiuo quoddam eloquio efferre solent: q qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Attendant paulisper vocabuli expositionem: non honoris: sed operis: 7 officij esse sarcinam. nam Episcopus grece: superintēdens est latine: supra Schopos scil3 populum: cuius curam recte gerēs: laboreq3: 7 opere deo placere studens: bonū opus tunc eū desiderare ɔstat: q custos ē: 7 speculator

animaꝝ. Uir etiam est apostolicus speciosis pedibus ad euangelicã populo predicandam veritatem: cuius peccata suis orationibus ⁊ lachrymis delere debet: viteqꝫ: ⁊ exemplo: ac opere dirigere in viaꝫ salutis. Celsior est Angelis dignitate: quoniam inter deum ⁊ hominem per sanctam dominici corporis imolationem est mediator: humilitate cuncta disponens: qua homo diuinum: superbia autem dyabolicum fit templum: qua demũ penetratur celum: at superbia ruitur in profundum. Pater quoqꝫ est pauperum: ecclesie redditibus ꝓuidendo eorum necessitatibus: de eo quod sibi ⁊ sue superest honeste familie: quoniã secus agẽdo: teste Hieronymo: omniũ predonum crudelitatem superat. Assumendus est igit̃ inquit ad tã grauissimum populi regimen: ex omni populo prestantior: sanctior: doctior: ⁊ virtute eminentior: cui nil desit sciẽtie: nil sapientie: nil etiaꝫ modestie: ac industrie: cui omnis adsit multitudo sensuum: omnesqꝫ animi vires: ⁊ sancte cogitationes: atqꝫ virtutes peruigiles sint: atqꝫ intente tanqꝫ in arce celesti. Et cui asserente Calisto: ꝓ laboribus multis: ꝓ moribus castis: pro actionibꝰ strenuis: celsioris loci premium debeatur. Non enim attestãte Gregorio talis electio fauore: sed iudicio debet venire: quoniam euecti fauoribus ad tantaꝫ dignitatis celsitudineꝫ: laycis inferiores virtute esse solent. De qbꝰ Ambrosius profitetur se ipsum rubore conuictum: cum Beda arguẽte: nõ sufficiat eos adequare: quos virtute sicut dignitate oportet eminere: alias vilissimi sunt computandi Symacus exclamat. Nam ad honores mundi: Leone referente: sine suffragio temporis: sine merito laboris: indignuꝫ est peruenire: ⁊ notari ambitus solẽt: quos probitatis documenta non adiuuant. Quã diligens: ⁊ qꝫ prudens esse debeat diuinorũ munerum: ⁊ celestium dignitatũ dispensatio. Ea ratõe declarat Moyses: qui tanta dei fruebat̃ amicitia: vt facie ad faciem eum alloqueret̃. altamẽte tamẽ cõsiderans: virtuti: ⁊ non sanguini regiminis sellam deberi: ⁊ si potuissꝫ: noluit tamẽ filios in sede Pontificatus sibi successores instituere: sed ex alia tribu Jesum Naue filiuꝫ alta Pontificij celsitudine sublimauit. De quo hi extant versiculi. Nolebat Moyses natis conferre ducatũ: Ne quis cognatus procuret Pontificatũ. Sed proh dolor: cernimus plures (refert Hieronymꝰ) hãc reꝫ beneficiũ facere: minime

curantes in ecclesia dei columnas erigere dignas: quos in ea pdesse plus cognoscant: sed quos plus amant: vel obsequijs sunt deliniti: vel pro quibus maiorum quispiaz rogauerit: vel quod deterius est muneribus impetrant. Quibus quoniam prauis studijs primatuz desiderarunt in terra Chrisostomus confusionez anunciat in celo. Hi namqz quoniam ad Pontificatũ fauorib⁹ sunt euecti: nõ Christum querunt: non animarum salutem: non ouium curaz: at hominum sequuntur fauores atqz honores: laudẽqz propriam: seculi diuitias: fastum ⁊ pompam: falleratos habent equos: canes ad venandum: ad deuorandum substantiam pauperum. Ueh eis miseris? quoniam ab inferni canib⁹ ⁊ ipsi dilaniabũtur. cum: Symacho attestante: valde sit iniquum: ⁊ ingens sacrilegiuz: in aliud transferre: quod pro remedio peccatoruz: ⁊ salute animarũ venerabili est relictum ecclesie. ob quod deus iratus percutit animas. vbi eniz hi miseri vitia fulminare deberent: virtutesqz dirigere: sequi abstinentiã: ac grauitatem: pietatem: modestiam: vitamqz religiosaz: sicqz nullius criminis conscij quibus presunt: placatum celestez reddere Regem: vitam ducunt in flagitijs: ludos tractant: atqz scorta: vtũtur cupiditate ad congregandas opes: vnde fraudes: ⁊ omnia scelerum genera exoriuntur: animas demum (quod est horrendum) perdũt: verbo: ⁊ exemplo prebentes alijs peccandi occasionem. Ueh autem illis: quoniam tot mortibus digni sunt: quot ad subditos suos perditionis exempla tradducunt: quia nil taz dei prouocat iraz: ⁊ homines ad peccanduz: sicut Lasciuia prelatoꝝ. O improba prelatoꝝ electio? O fariseoꝝ sors teterrima? O in ecclesia dei diri colubres? ipsi videritis quid ipsis profuerit altas. Pontificũ tenuisse sedes: ⁊ loca calcasse sanctorum: non agendo opera eoruz. Quid enim paradiso deliciarũ iocundius? Quid celo securius: ac gloriosius? ⁊ tñ homo ex paradiso est eiectus: ⁊ Angelus e celo in abyssum precipitatus. Quantas autem ira diuina illis afferat maledictões: in celestibus diue Brigide reuelationibus dillucide habeẽ. Maledictũ exclamat omne quod de terra ad suum suscipiunt cõmodum: q: nec meritis: nec vita: nec bonis operib⁹ deum a quo suscipiunt minime laudarunt. Maledictus cibus ⁊ potus quo corpus putridum ad escam vermiuz: animam vero nutriũt ad Infernum. Maledicta

natiuitatis hora:que i inferno:nunq̄ finietur:maledicta sintq̄ eis cuncta sua tempora male cōsumpta. Maledicti oculi:quibus viderunt lumen celi:tanta claritate indigni. Maledicte aures:quibus verba audientes diuina contēpserunt. Maledictus gustus:atq̄ odoratus:quo sunt abusi:⁊ quo sulfureum odorabunt Inferni fetorem. Maledictus tactus:quo cū infernalibus tartareū ignē:horrendaq̄ tractabūt tormenta. Maledictus visus: quo nunq̄ visionem videbunt diuinā:at horrendas Auerni tenebras. Maledictus auditus:quo clamorez inferni audiēt:⁊ stridorem. Maledicti deniq̄ sint a celo:⁊ a terra:⁊ a cunctis cunctis creaturis:suo deo obsequentibus:quez ipsi perfidi:siquidē membra dyaboli:cōtempserunt. Sitq̄ eis cum dyabolis in perpetuis inferni tenebris damnatio:⁊ maledictio sempiterna. De horrendis quibus tenebris: Gregorius loquitur dicens: Erunt tenebre in inferno palpabiles:ignis incxtinguibilis:frigus itolerabile:vermis imortalis:fetor pariter intolerabilis:flagela cedentiū:horrida visio demonuz:confusio peccatoꝝ:desperatio omnium bonoruz. Bernardus quoq̄ his verbis eas refert:procul quippe a beata paradisi porta exulati cruciabuntur ingenua perpetua:nunq̄ Lucem visuri:nunq̄ refrigerium adepturi:sed per millia milliuz annoꝝ in inferno cruciandi:nec inde vnq̄ redimendi.vbi nec qui torquet:fatigatur:nec qui torquetur aliquando moritur:ignis infernalis sic consumit:vt semper reseruetur:sic tormenta aguntur:vt semper renouētur:iuxta vero quantitatem culpe:penam vnusquisq̄ substinebit ingenue:⁊ similis culpe rei suis similibus iungentur cruciandi.nil aliud ibi audietur:nisi fletus:⁊ planctus:gemitus:⁊ vlulatus:merores:atq̄ dentium stridores.nil ibi videbitur:nisi vermes:Laruales facies tortorum:atq̄ teterrima monstra demonioꝝ. Vermes crudeles mordebunt intima cordis.Hinc dolor:inde pauor:gemitus:stupor:⁊ timor horrens.ardebunt miseri in igne eterno:in eternū.⁊ vltra in carne cruciabuntur per ignem:in spiritu per conscientie vermem.ibi erit dolor itolerabilis:mors corporis:⁊ anime:sine spe venie: ⁊ misericordie.sic tamen morientur:vt semper viuant.sic viuent:vt semꝑ moriantur. Nihil enim horum que dicit Bernardus tristius videt̄:q̄ cum a beata paradisi porta exules in eternuz se factos intelligēt.

Eandem sententiam sequitur Chrisostomus: grauiorem asserens: et magis cruciabilem genuam ante oculos semper ponendam a Rege: et Regno: excludi celorum. Isaias etiam de huiuscemodi penis fidelis est testis: ait enim. Vermis eorum non morietur: et ignis eorum non extinguetur. Itez: detracta est ad inferos superbia tua: concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea: et putredo: et operimentum tuum erunt vermes. Que verba doctissimus interpres sanctissimus Hieronymus: ita declarat. Ut pene ille eterne intelligantur: quas propria gignit conscientia: vel suppliciorum materia: que ex proprijs peccatis nascitur. Sicut enim q̃zdiu cadaueris materia est: et aliquis humor in cadauere: vermes nascuntur ex putredine: sic ex ipsa materia peccatorum supplicia nascũtur. Quid vero verius: certius: altiusq₃: Saluatore nostro Iesu. Audiamus et ipsum loquentem: q cum veniet in excelso sue glorie trono omnipotens ipse seuerusq₃ iudex: cui assistent millia millium decies millies centena millia Angelorũ: Cherubim: et Seraphim: chori Patriarcharum: et Prophetarum: ac Apostolorũ: Martirum: et omniuz sanctorum: quo nil terribilius: horribiliusq₃: excogitari potest: intonabit longe lateq₃ diuina illa et tremenda vox: Ite maledicti in ignez eternũ dyabolo: suisq₃ angelis p̃paratũ. O infelices animas: que carnis: et seculi transitorijs blandimẽtis: tot: et tanta eterna tormenta mercanť? Duxerunt (vt inquit Bernardus) in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descẽderunt. hic caro eorũ vermibus: et illic anima ignibus deputať. Quid illis inanis ꝓfuit gloria? breuis letitia? mondi põpa? potentia? carnis voluptas? multe diuitie? multa familia? mala concupiscentia? vbi risus? vbi iocus? vbi iactãtia? vbi arrogãtia de tanta letitia? Quãta tristitia post tantã voluptatem? q̃z grauis miseria de illa tam grandi exultatione? in maximaz profecto miseriã: horrenda tormẽta: et eternam genuaz ceciderunt.

Fugiamus igiť presentia gaudia: et que nobis tantopere arridẽt carnis voluptates: vt hac strenua fuga horrendos ꝓfundi baratri carceres fugiamus: gaudia autez eterna capere valeamꝰ. Sepelitur deniq₃ Antistes ipse: vir eximia virtute venerandus: Anno sui Pontificatus vigesimo: ea in Basilica magno honore ab vniuerso Ticinensi populo.

De sancto Armentario Papie Epo. De vi qꝫ oratiõis lachrymarumqꝫ apud deum. Cap. II.

Armentarius quoqꝫ ipse Ticinẽsis episcopus ea in sacra maiori ede suas sacras hꝫ reliqas ĩ precipuaꝫ veneratiõe. Ex pclaris ei⁹ dictis hoc ĩprimis ẽ memorãdũ. Gratia: vel meritũ dat mun⁹ cuiqꝫ petitũ. impossibile est iusta iuste petita non exaudiri. Hac Armẽtarij pspicua auctoritate dilucide colligit. Quãta sit ad deũ vis orõnis: ab quo asserit esse ĩpossibile iusta iuste petita non exaudiri. Potentissima nãqꝫ est armatura ipsa oratio ad ĩplorãdũ qd petimus. thesaurus indeficiẽs: portus quietis: materia trãquillitatꝫ: ⁊ ĩnumerabiliũ bonorũ radix: fonsqꝫ: ⁊ mater oratio ẽ: ĩpoqꝫ ĩperio sublimior: atqꝫ potẽtior. Orõnis siquidem vis vim ignis extinxit: Leonũ frenauit iras: bella dissoluit: prelia sedauit: tẽpestates fugauit: demones expulit: mortis vincula dirrupit: fugauit morbos: iniurias dispulit: cõmotas vrbes stabiliuit: casqꝫ plagas que superne inferunt: ⁊ hoĩuꝫ insidias: omniaqꝫ prorsus ĩcomoda: ⁊ mala remouit eliminauit: atqꝫ abiecit. Orõne (Chrisostomo referẽte) Danieli visa pandunt: Sopiunt flamme: fere delitescũt: cadũtqꝫ hostes. Oratõe Anna lachrymans a deo Samuelẽ pphetã accepit ad aie sue gloriationẽ. Orante Moyse: ⁊ manus in celuꝫ eleuante Israel preualebat: dum autẽ manus summitteret Alamech inualescebat. Oratio mulieris peccatricis: que in domo Symeonis pedes dñi

lachrymis

lachrymis rigabat: crinibusq; tergebat a Christo domino meruit veniam peccatorum. Oratione Monace mirande sanctitatis: et in Augustinum filium pietatis: non modo a turpi libidine: et peruerso maximoq; errore ipse Augustinus liberatur: sed ad excelsum veritatis lumen: sanctitatisq; culmen sublimat: et catholica eminenti doctrina vniuersam illustrat christianam religionem. Oratōe demū grandi cordis cōtrictione: multis fusis lachrymis ob maximum admissum flagitium: peccator quidam per visum Jesum meruit videre: in stupenda pietatis maiestate excelsissimo trono insidentem cui mille millium circūcirca miro ordine astabant sanctorum: et largiente summa dei pietate intelligere perpetrati delicti precipuam remissionē. Possem percurrere plura alia huiuscemodi mirāda exēpla: que breuitati inseruiens tacitus pretereo. Orationis item clipeo (teste hieronymo ad Sabinam) omnes cogitatiōes: quibus pcuti solet adolescentia repelluntur. Oratione Basilico attestāte in exhortatione quam facit ad monachos: ab anima depelluntur sordide cogitatōes: q cor cōturbāt: cuncta fugant noxia: et vtilia nobis a dño tribuūt: ad dñ cū tribularer: ait, ppheta: Clamaui et exaudiuit me. Ad orationē autē cū accesseris: monet idē Basilius: vt te in ↄspectu dei humiliter prosternas: nec quicquā postules q̄si ex gratia meritorū tuorum. Et si est grata cōscientia alicuius boni operis: cela illam: et te scilentium agente a domino multipliciter restituetur. Peccata vero tua cito in mediū producas: vt ea deus deleat: cum confessus fueris. nec te iustifices orans: ne cum phariseo damneris dicente: deus tibi gratias ago: q non sum sicut ceteri homines iniusti: raptores: adulteri: quomodo et publicanus iste: ieiuno bis in sabbato: decimas do omniū q̄ possideo. At tu imitare publicanum: qui templum ingressus summa humilitate: animiq; abiectione a longinguo stabat: nec oculos ad celum eleuabat: sed pectus suum percutiens dicebat: Deus ppitius esto mihi peccatori: q quidē publicanus dñi sn̄ia iustificatus excessit e tēplo. phariseus aūt dānat⁹. et quaquā sūmas salieris scalas virtutum: ascenderisq; ad omnē mentis perfectionē: tunc te mouet Climacus: vt male acta ad memoriā reuocans solicitius ores deū: q misereat peccatorū tuorū. Orabis etiam pro inimicis exemplo Saluatoris: quoniam nulla gratior bo-

stia deo offerri pōt. Triaq; serues in oratione. Primo immensas deo agas gratias pro susceptis beneficijs. dehinc contricto: compūctoq; corde te ipsum grauiter accusa pro culpis tuis. demum illas tuas petitiones: libere: ac secure aperias. Hac etiaz eruditione vtitur Ambrosius. Primuz docet habere orationem ad dei laudem. Secundo supplicationē. Tertio gratiarum actionem. Interorandum vero cum orationes dono lachrymarū tāquā sapidissimo liquore condanť: incredibile videť quāto rapiatur: incēdaturq; mēs amore: quāta efficiať liquefiatq; letitia cum admixta fuerit lachrymarū gratia: quarū tā gratus: tā sapidus: tā dulcis est pfluxus: vt vľ minima earū guttula superet oīa quotquot haberi possint terrena oblectamenta. vbi enim fuerit lachryme: inqt Basilius: ibi ignis spūalis accendiť: qui secreta mentis illuminat: tunc auiditate celesti flagrans christi copulatur amori: tota eius cogitatio: ⁊ cōuersatio est in celestibus: mors illi presens dulcior est q̄; vita cupit dissolui: ⁊ esse cū Christo: quem in carne viuens: intra suum portat templum. Nil etenim (ait Efren) est dulcius: nilq; salubrius in terris super gratiam lachrymaruz. Per lachrymas namq; tergitur anima mūda: nitidaq; restituitur: gignitur pudicitia: voluptates abscidūtur: perficiunturq; virtutes. Lugendum tamen nobis taliter est: ne videamnr ab hominibus: simusq; serena facie: ⁊ leta exultantes in spiritu sancto super donis domini: flentes animo: atq; lugentes: deoq; supplicantes: vt custodiat nos ab omni specie mala. Arguit vehementer eos Climacus largo lachrymaꝝ fonte profluentes: ⁊ paruo cordis dolore compunctos. damnat maxime eos: q multis aliquando madeant lachrymis: ⁊ sepius videāt: atq; delicate viuant: ⁊ nullū habeant meditandi studium: ⁊ orandi deum: quod esse magis proprium dicit animantium ratione carentiuz. Ex meditatione enim ait nasci lachrymas: ex ratione autem meditationez. Parere vero lachrymas timorem: dehinc paulatim mentis gaudium: gaudioq; demum incendi animum charitate. Quare ⁊ fletum pulchre: aperteq; stimulum aureum appellat. Cauendum tamen q̄; maxime est: ne permittatur irrepere diffidentia vlla diuine pietatis ⁊ misericordie. Solet enim calidissime dyabolus id temptare tempore lachrymarum ⁊ penitentie. Persuadet enim ante perpetratū

peccatum summam dei esse clementiam: post autem distractam iusticiam: vt afferat misericordie diffidentiaz. Que bone autez: vel male sint lachryme: diue Brigide diuinitus sunt reuelate: quod ille bone sunt lachryme: que procedunt meditatione diuinorum beneficiorum: et orantis peccatoruz amaricatione: male vero lachryme procedunt mundi tribulatione: et inferni timore. Bone tamen confunduntur: si malis misceantur: queadmodum si fons cenosus: ac turbidus cuz lucido flueret et quis ex ea sordida aqua bibere posset? Bone siquidem lachryme tantam promerentur gratiam: quod animaz a terrenis in celum eleuant: et ad vitam regenerant eternam. tam grandi etiaz a deo sublimantur gratia pro susceptis beneficijs timidi omni hora deo gratias agentes de susceptis contenti: et superflua non appetentes: vt ipse deus suos veros amicos tales esse dicat. Tante denique sunt dignitatis lachryme (Climaco attestante) quod sicut primus fons: scilicet baptismatis: originale diluit peccatuz: hoc secundo pari modo lachrymarum fonte: cetera que post baptismuz commissa sunt peccata: purgantur atque lauantur: quia omnis qui saluatur: aut aqua: aut igne purgatur: aqua scilicet lachrymarum: igne vero purgatorij iuxta scripta eiusdez beate Brigide. Grandis profecto ac miranda est lachrymarum virtus: multumque preualent: quoniam donum domini: atque gratiam semper acquirunt. At plerique incredibili earum dulcedine allecti: dum deo putant summum prestare sacrificiuz: quanta possunt vi eas extorquere conantur: quoruz stultitiam non aliter inquit redarguendaz quam eorum: qui vinum ex vuis adhuc acerbis: ac solis calore decoctis vinum quod suaue sit extrahere volunt. Quare vt ex oculis lachryme suaues elliciantur: maturari cor prius per compunctionez: interioremque decocti doloris calorem: necesse est. quod vbi accederit: id enim recordatio: defixaque meditatio: vel peccatorum: vel miseriarum: vel diuinorum beneficiorum efficere potest: tunc quia non summis labris sed profundo cordis ascendit: nullo cogitationis impetu euelluntur: sicut arbores que validas radices mittunt: et que nullo ventorum impetu franguntur. He namque lachryme incredibilem peccatorum remissionez consequuntur: incredibilemque diuinum amorez: atque demum in excelso celi subsolio eternaz felicitatem. O Sanctam igitur quam offerrimus deo orationis hostiam

ad implorandam diuinaꝫ pietatem: atqꝫ clementiam. O magnum ꝛ singulare lachrymarum munus. O sacrum ꝛ diuinum pabulum. O nectar omnium dulcissimũ: atqꝫ suauissimuꝫ. quibus vos predicem laudibus: ferãqꝫ preconijs: que mestos consolamini: debiles sustentatis: errantes dirigitis: peccantes corrigitis: que humanos potestis imutare affectus: vitia proculcare: virtutes roborare: sanctitatem augere: quibus mortales sanctificantur: demones terrentur: ꝛ fugantur: Angeli letificant̄: placatur deus: atqꝫ mulcet̄. quoniam nulla carior hostia superne superne sue maiestati imolatur.

De sancto Luitfredo Papie Episcopo: omniumqꝫ gratijs habendis deo. Cap. III.

Uitfredi ticinẽsis beati Presulis sacrũ corp⁹ ibideꝫ ẽt quiescit. Hic nãqꝫ religiõe p̄clarus cuꝫ a nõnullis laycis: qui ĩfesti clericis oppido esse solent: mirabili patientia ꝯtumelias perferret: ꝛ semel quidaꝫ sibi beniuolus vices sui dolens: ꝙ tantis vexaretur molestijs dixisset. In pace viuerẽt boni si mali d̄ medio tollerent̄: optimus Pastor: cuius mens religiosa diuino lumine irradiabatur: tunc inquit ꝙ maloruꝫ mors nequaq̃ꝫ erat optãda: quorum persecutionibus boni veluti auruꝫ in fornace ad maioreꝫ perfectionem perducerentur: qui nisi in hoc tam proceloso: ꝛ in omnes tẽpestates exposito maiori: cõtumelijs afficerentur: q̃ꝫtum prestarent fortitudine deprehendi minime posset. Affirmabat enim homines in hac vita in certamine cõstitutos: quo demũ adepta victoria celestis thesauri premia cõsequerentur: quia quousqꝫ homo carnis corpusculo induitur: cõtinuo agitatur bello: quãdoquidem illi deus dederit virtutem simul atqꝫ hostem: ne virtus ocio torpens naturã

suam perderet: sed esset semper in certamine quousqꝫ proficisceretur ad illum indulgentissimuꝫ parenteꝫ: qui celesti munere pro bello pacem: pro tenebris lucem: pro morte perbeatam vitam in excelso celi palatio bonis elargitur. Stultitia namqꝫ magna ac cecitas est (dicebat ipse) discedere a veritatis ratione: ⁊ cogitare delicato itinere absqꝫ hoste: ⁊ tribulationum certamine peruenire posse ad eternam felicitateꝫ: quoniam tribulatio fidei: ⁊ constantie nostre est probatio: proximiqꝫ edificio: qua diuina suggerente gratia nobis magis proxima: dirigimur ad eternam felicitatem: ⁊ sublimiorem celestem gloriam: ad quam nisi per tribulationes ⁊ infirmitates possumus peruenire. Agendum nāqꝫ nobis est more strenui militis cōtra hostem certantis: qui ab eo multis percussus vulneribus: eum acrioribus inuadens superat atqꝫ prosternit. Hostis autem noster tartari est coluber: qui a nobis tunc acrius percutitur: dū inter peruersos constituti: tribulationibusqꝫ affligimur: contra deuꝫ nō murmuramus: at eas lete ferentes: nostrisqꝫ peccatis ascribentes deo gratias agimus. Et memores ꝙ nil tam facile ad gennam trahit sicut propria voluntas. Dei igitur ⁊ non nostram sequimur voluntatem dicentes: Fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Jesu christe fili dei viui miserere nobis. Quo nil deo gratius proferri potest: nil vero nobis salubrius Angelo diue Brigide reuelante: quoniam si Christum sequi voluerimus ad gloriaꝫ per multas tribulationes sequi oportet ad passioneꝫ. Ea ratiōe eos deus hoc in seculo maioribus affligit tribulatiōibus: quibus ob bona fidei opera celeste regnum debetur: maioremqꝫ in celo est daturus gloriam. Dyabolus autem ad maiora malos incendit mala: quo maiori genna eos postea cruciare valeat. Adducebat in argumentuꝫ diuos martyres: qui ea eterna felicitate non letarentur: impioruꝫ persecutionibus si caruissent. mali tamē bonis amicitia imiscentur: ⁊ adeo tollerātur: vt rescipiscant: ⁊ cōuertantur: atqꝫ saluētur: illis verūtamen minime est fidendum. Cum igitur grandi afficiamur dono: quando hoc in seculo tribulationibus affligimur: ⁊ suggerente diuina gratia sequimur fidei opera: quibus ad eternam felicitatem dirigimur: memores semper esse debemus: pro susceptis beneficijs superne maie-

stati gratias agere. Saluator nobis est exemplo: qui mundatis decem leprosis: vnum tantum gratias agentem laudauit: aliorum autem ingratitudinē damnauit. At summopere caueamus ab omni laude ⁊ gloria nostroꝝ operꝝ: quoniā si quicquā laudis nobis attribuerimus sacrilegi erimus. testatur Basilius: quia dei gratiam propriā facimus. At absqꝫ dei gratia bona opera minime facere possumus. nā viā mandatorꝫ suorum currere non dat natura (inquit Fulgentius) sꝫ diuina gratia. Audiamus Jacobū apostolū dicentem. Omne datum optimū: ⁊ donum perfectum desursū est descendēs a patre luminū. Paulus autē: gratia dei sū id qđ sum. Et alio loco: Nō a nobis ipsis idonei sumus cogitare aliquid quasi a nobis: sed sufficientia nostra Christus est. Quare inquit idē Basilius. Pro omni gratiarū perfectione: quas anteq̄ natus esses sine vi mentis: ⁊ sine corpe adeptus sis: te extollas cū id totum tibi ascribere liceat: pro his autē que tibi nato obuenerunt: soli deo laudes habende sunt: qui tibi ortū: qui tibi mentē: qui tibi corpus tribuit. nā cum mentem ⁊ corpus tibi deus tribuerit: proinde etiam quicquid illis te iuuantibus acquisiueris: tributori illorum deo attribuas necesse est. Que igitur a deo dona sapientie ⁊ sanctitatis concessa sunt meritis proprijs quesiuisse siquis putat: deū esse earū datorem negat: sine quo nihil consequi possumus. merito ergo a deo quem despicit derelinquit̄: solitaqꝫ funditus gratia ruit. Et alibi institués monachos: gloriatio inquit in domino est: cū quis ea que recte facit non sibi sed domino ascribit. culpabilis gloriatio est: vel cū laudatur peccator in desiderijs anime sue: vel cū benefacientes laudari volunt: qui ⁊ sacrilegi sunt: cū gratia dei propriā faciant: ⁊ quoniā nihil est detestabilius: q̄ qđ homo sibi attribuat qđ hominibus deus donat: hoc tam graui crimine multi e magno sanctitatis culmine ceciderūt. Nā Joānes heremi cultor qui maxima prestabat sanctitate: iactantiā vehementer esse fugiendam admonebat: ne dū ab hominibus gloriā quereremus: eā que datur a deo perderemus: ⁊ id magnis cōprobat exemplis. Imprimis nāqꝫ cuiusdam monaci: qui cum ad summū peruenisset sanctitatis culmen: elatus tāto profectu: magis attribueret suis meritis q̄ deo: q cun-

ctorum est largitor bonorum: tūc dyabolus paratus ad insidias sumpta specie formose mulieris: que quasi longo labore fatigata per heremum aberraret: timeretqꝫ ne per noctem errabunda bestiarum dentibus interreret: ab ipso monacho in secretiorem locum colligi deflebat: qua suscepta vt paucis agam: post mixtas obsceni amoris illecebras libidinis extuꝫ adimplere tentauit: at magna illico demonum turba horrido clamore illum exprobrauit. Nec hic penitentia ductus: sed voluptatibus postea mundi deditus. ¶Proh dolor: vir ipse infelix atqꝫ miserrimus in perditionem abijt. Alter quoqꝫ in heremo fuit monachus: qui ad extremaꝫ vsqꝫ senectutem adeo ꝓfecit: vt panem mire suauitatis ⁊ candoris vltro celitus in deserto allatum sumere mereretur. qui imemor diuine liberalitatis: tantis suis profectibus gloriari cepit: ⁊ cūcta suis meritis attribuere: vnde obruentibus elationis cogitationibus: amisso primum celestis cibi dono: postea toto immutatus animo: redijt ad seculum. Et perijsset etiam ipse: nisi diuina eum subleuante manu: tactus amarissima compunctione rursus ad heremum peruertisset: vbi iugiter deflens peccatum suum longe maiori postea sanctitate profecit. Quare inquit Augustinus: homo in libero arbitrio constitutus: dum donorum dei gratie in prosperis immemor efficitur: ⁊ tanquam de sui possibilitate gloriatur: tunc corripitur cuꝫ ī varijs tribulationibus: ⁊ afflictionibus paululum subiugatur: vt humiliter ad diuine gratie recurrat auxiliuꝫ. Climacus vero confusionem ait summam esse alienis se extollere ornamentis: manifestam autem insaniam gratias a solo deo profectas audere sue virtuti attribuere. Chrisostomus de compunctione cordis ad Stolochum scribens: sanctos ⁊ magnos viros admonet: vt imprimis recordentur beneficia diuina: vt operum suorum gloriam: non sibi ipsis assignent: sed deo: atqꝫ hoc cuꝫ plerisqꝫ alijs paucis sufficit: ¶Permittit nāqꝫ sepe deus sanctis viris tepefieri solituꝫ deuotionis ardoreꝫ: vt intelligētes quāta ea fuerat que discessit cordis alacritas: manifestius postea tāte grē auctorē cognoscāt. Cassianus auteꝫ statuꝫ humilitatis ostēdens: ⁊ nihil nos absqꝫ dei opitulatōe ⁊ gratia posse perficere dicit. Damnabilis est qui substantia secu-

li male vtitur: sed damnabilior qui spiritualibus donis superbus efficitur. hoc demum summum rerum omniũ oppificez impugnat: ⁊ in bellum prouocat: quod adeo ille inuisum habet: odioq persequtur: vt pulcherimum illum omnium angelorum: q excellentiam virtutis sue: quã ab eo acceperat: sibi ipsi attribueret: e celesti taz sublimi qua gloriabatur sede: precipitauerit: eternoq baratri carcere nunq eruendum intruserit. Cuius tam tremendo exemplo: nõ parum deterreri mortales debent: ne quod diuina bonitas eis cõtulit sibi ascribentes deũ habeant iratuz: atq vltorẽ. Sedit hic Luitfredus insigni religione: sanctimonia: ⁊ virtute Antistes reuerẽdus annis bisquinq. Postea eius perbeata anima felici exitu meauit ad celestia.

De sancto Anastasio Papie Episcopo: quodq nemo careat peccato. Cap. IIII.

Nasta, sij sancti Ticinensis pontificis corpus venerandum ibidem etiam suum habet domicilium: qui religiosis virtutibus: ⁊ sanctitatis operibus euectus fuit ad pontificij apicẽ. Hic cuz interrogaretur: quare peccatores nulla admisisse asererẽt crimina? inquit: hi persimiles sunt maritime bellue: cuz sacra etiaz scripta testentur iustum septies in die cadere. Quantum seipsos fallant: qui absq peccato se viuere dicãt: intelligent audiendo Ambrosiuz

eo libro quem edidit de bono mortis: sic dicētem. Quid tantopere vitam desideramus? in qua quanto diutius quis fuerit: tanto maiori oneratur sarcina peccatorum. nullus dies sine peccato nostro preterit. Quid enim est hec vita nisi plena laqueorum? inter laqueos ambulamus: inter plurimas versamur tentationes. nostra habitatio in luteis domibus: et ipsa vita in luto. nulla firmitudo sentētie: nulla cōstantia. in die nox desideratur: in nocte dies queritur. inter escaz gemitus. inter cibos fletus: lachryme: dolores: timores: solicitudines: nulla requies a perturbationibus: nulla a laboribus reclinatio: ire: et indignationis motus horridior. Audiant quoqz Bernardum non dissimili sententia scribentem. Cur inquit tantopere vitam nostrā desideramus? in qua quanto plus viuimus: tanto plus peccamus: quanto enim est vita longior: tanto culpa numerosior. quottidie namqz crescunt mala: et subtrahūtur bona. nihil aliud est caro: nisi spuma caro facta fragili decore vestita: cuius si singulas miserias velis enumerare: quam sit onerata peccatis: atqz irretita vicijs: pruriens concupiscentijs: occupata passionibus: poluta illusionibus: prona semper in malum: et in omne vitium: plenā confusione: et ignominia eam inuenies. Que adeo ille licet summe integritatis: summe sanctitatis versabat secum animo: insecretioribusqz intimi cordis penetralibus agitabat: vt tanquam magnorum delictorum reus de seipso ita diceret: nescio meipsum: si ante me inspicio meipsum tollerare nō possum: tanta enim inuentio in me que digna sunt reprehensione: et confusione: et quante sepius et subtilius me discutio: tanto plures abominationes in angulis cordis mei inuenio: ex quo namqz peccare cepi: nunquam vno die sine peccato transire potui: nec adhuc peccare cesso: sed die in diem peccata peccatis addo: et ea pre oculis habeo: nec gemo erubescēda in deo: nec erubesco: dolēda intueor: nec doleo: quod est mortis signum: et damnationis indicium.

Quorū etiam vt vberiorem doctrinam maiusqz testimoniū habeamus: audiamus Jacobum apostolum et euangelistam dicentez: si dixerimus quod peccatum non habemus: nosipsos seducimus: et veritas non est in nobis: si dixerimus quoqz non peccauimus: mendacem fecimus eum: hoc est deum: et eius verbuz non est in nobis: quia

solus deus verax est: et hominem a solo deo opportet esse veracem. Et Job: nec ipsas stellas mundas esse dixit: in conspectu domini. Salamon quoque: non est homo iustus in terra: qui faciat bonum: et non peccet. Scriptum est enim: quis gloriatur castum se habere cor? hinc propheta ait: non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Et illud: Ecce in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Et vt dicit Gregorius. Sine culpa in mundo eē non potuit: qui cum culpa in mundo venit. propter quod et ecclesia non cessat quotidie deo dicere: dimitte nobis debita nostra. Ideo propheta humanam fragilitatem peccatis tot continue subiectam intelligens nihil aliud omnibus carminibus suis quam diuinum implorare auxilium contendit. Deus: inquit: in adiutorium meum intende: domine ad adiuuādū me festina: et domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionē meam conspice: et dominus regit me: Et alia huiuscemodi pene inumerabilia. Furiosa est igitur tāta presumptio assere se nulla admisisse peccata: et inferre tantam factori suo iniuriam: vt sine peccatis esse existimantes proprijs meritis sibi ascribant: quod diuina largitate consequūtur: cui pro susceptis tot et tantis innumerabilibus beneficijs: immensas agere gratias tenentur: et cuius presidio: licet absque peccato viuere non possint: iusti tamen per penitentiam esse non desinunt: quia ad diuinum confugientes auxilium citius resurgunt: et per salutis viam in celum diriguntur: obstinati autem in criminibus peccatores: quia deum a mente excludunt: veritate carent: quia deo carent: et falso obtenebrantur: quia dyabolo falsitatis: patri se manciparunt: cuius alligati cathenis vera promere nequeunt: quēadmodum diui Bartholomei sacra refert hystoria. Studeant igitur peccatores omni spiritu peccatorum tenebris obductis: seipsos vt cognoscant: Bernardum eos docentem intelligere: qui ait: Integritati tue curiosus explorator vitam tuam quotidiana discussione examina attente diligenter quantum proficis: vel quantum deficis: qualis sis in moribus: et qualis in affectibus: quam similis sis deo: vel quam dissimilis: quam prope: vel quam longe: non locorum interualis: sed morum affectibus. Stude cognoscere te: quia multo melior et laudabilior es si te cognoscis: quam si te neglecto cogno

sceres cursus siderum: vires herbarum: complexiones hominum. Redde ergo o homo te tibi: et si non semper: vel sepe: vel saltē interdum rege tuos affectus: dirige actus: corrige excessus: in te nihil maneat indisciplinatum: pone omnes cogitationes tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tanquam aliū: et sicut temetipsum plange: plora iniquitates: et peccata tua: quibus deum offendisti. indica ei miserias tuas. ostende malitiam aduersariorum tuorum. Saluberrimum est igitur diligenti mentis discussione seipsum recte examinare: dilucideque cognoscere: et cognoscendo in viam domini vitam suam dirigere: et ambulare usque in finem: quo in conspectu domini mors eius sit speciosa. quoniam deus non respicit quales antea viximus: sed quales circa finem erimus: teste Isidoro eo libro. quem edidit de summo bono: cuius verba hec sunt: Unumquēquam deus de suo fine: non de vita preterita: iudicat. Non vita ergo: sed finis in vita hominis est querendus. Tumulatur demum Antistes ipse: vir siquidem religione: doctrina: ac pietate insignis: pauperum amator: in calamitosos benignus: et clemēs: et in reliquos gratiosus: atque munificus: vniuerso ticinensi colachrymāte populo: magno funeris honore: eo in sacro templo iuxta diui patris Syri egregiam arcam: Anno sui Pontificatus duodecimo.

De sancto Gengulfo martyre.

Cap. V.

Engulfus Brugundia oriondus: claris parentibus: forme decore: animique magnitudine: ac prudentia insignis: libidinis autem: et diuitiarum victor: ab incunabilis christianissimus fuit. q vt sua ad verbū traddit hystoria acer erat

animo: viribus fortis: in armis strenuus: sed imprimis iusticia rectus: et fide constantissimus. Hic cum tantis prestaret virtutibus. Pipino qui tunc Gallis regnabat: imperante inter sui exercitus viros probos deputatur. Dum vero bellorum fortia facta gereret: a religione tamen: ac iusticia: et pietate minime discedebat. Posteaquam annos aliquot strenue militasset: magnoqꝫ virtutis bellice in multis partis victorijs documenta mõstrasset: ad suos redijt: precipue ad vxorem: genere nobilem: moribus autem ignobilem: vt statim subsequetur. Domi vero cum vitam ageret: magno spiritu sanctitatis vacabat operibus. Et quia redditus sui patrimonij exuberabant: larga manu in pauperes errogabat: in viduas scilicet pupillos: orphanos: ceterosqꝫ inopes. Sicqꝫ cũ Job et Thobia inclytis prophetis oculus erat cecis: pes claudis: hospitiuꝫ vero peregrinis: quos mira pietate suscipiebat: atqꝫ fouebat. demum omnis eius sermo et actio de pietate: de religione: de amore dei: et proximi: ac celesti patria erat. sicqꝫ quottidianis: et recentibus virtutum incrementis ad bene beateqꝫ viuendum instaurabat mentem.

Volens autẽ deus miraculoruꝫ signis sui serui declarare sanctitatem: et vxoris perfidiaꝫ: que viro absente castissimuꝫ eiusdeꝫ thorum violare non horruit. Heu heu qꝫ tenera est in feminis fama pudicitie: que quasi flos pulcherrim⁹ leui aura cito marcescit: leuiqꝫ flato cito corrumpitur: maxime vbi etas consentit ad vitium: et maritalis deest auctoritas: cuius vmbra tutamẽ vxoris est. Sed ad rem redeo. inter cetera sua memoranda: dum vt superius cõmemoraui: multa prospere gesisset bella: et reppetens patriã recreandi gratia in quodam ameno: et periocundo prato iuxta luciduꝫ scaturientem fontem declinasset: istuc accessit dominus prati: cui post multa suaui eloquio dicta inquit Gengulfus: an sibi fontem vendere vellet: quem alio transferre intendebat: qui subridens nulluꝫ dedit responsum: gratia ioci id dictum existimans. At Gengulfo magis instante: precio centum solidorum fons venundatur. Cogitans venditor fontem pariter et pecuniaꝫ se consecuturuꝫ: memoria non tenens illud euangelij: ingẽtes etiaꝫ montes fidelibus imperãtibus a loco ad locũ trãsferri. Demũ fonte soluto ĩ pẽiaꝫ suã venit:

quo maiori pace frueretur. Uerum res humane id non patiuntur: que quietum statum mortalibus minime concedunt: nam qui bonis abundat etiam omnibus: aliquo magis aduerso sepe angitur: quia nulla humana est tam grandis felicitas: que aliqua ex parte nõ amarescat. Sed redeo ad meam uxorem: cuius perfidia vir ipse probus malorum turbine vexatus: postremo interijt. quotidianis enim iurgijs virum exagitabat: illum exclamans insanum: quod fontẽ tanti emisset precij: et pecunias iactasset ad auras. At iustus deus suis semper assistens: hoc miraculi signo seruum suum extollit: et perfidam vxorem confundit. Fixerat namque Gengulfus in humum sibi proximum baculum: et cum discumbere vellet: et aqua deesset ad lauandas manus: inquit familiari: quoniam illotis manibus ad mensam accedere non licet: propera ad effodiendum illum baculum: et ex aqua que inde scaturiet illico ad me afferas. Mirabilis deus in sanctis: et virtutibus suis: quoniam aqua empti fontis: tũc ibidem vnde baculus erat fixus est habita: et i prato fontis empto exsiccata. Nõ tamen tanti miraculi signo vxor perfidum ĩmutauit propositũ: verum maiori perfidia incensa detecto adulterio: quo: et absente: et presente viro deprauabatur: ad eum fontem vocata: eodem Gengulfo instãte: manum ĩmisit in fontem ad cõprobandam suam innocentiam: ea lege: quod si rea esset adulterij deus manifesto iudicio declararet: at cõfestim manus carne nudata obriguit. quod videns Gengulfus inquit: O mulierum scelestissima digna es morte truculentissima: sed quia dicit dominus: mihi vindictam: et ego retribuam: altissimi intutu gladio meo non eris percussa. At quia tuum horridum horreo conspectum te penitus derelinquo: tibique tuo dotis iure obsigno illud predium: vnde viuere possis. si tanti sceleris: quod grandi eget satisfactione dignos penitentie fructus egeris: pietas: et venia patris celestis indulgẽtissimi tibi non deerit: sin minus: gehenne incendijs cum dyabolis perpetuo torqueris. Quo dicto statim abijt: et ad locum semotum properauit: vbi continuis orationibus: et pietatis operibus religiosissime vacabat: et cum apostolo dicebat: cupio dissolui: et esse cum Christo: qui pro laboribus requiem: pro persecutionibus pacem: pro tenebris lucem: pro morte vitam: et terrenis ac breuibus bonis eterna: ac celestia donat. Scelestissima autẽ vxor: ipsis tam

sanctis spretis monitis: liberius cum adultero magis peccabat. demum timens mariti auctoritatē ea in regione precipuam: cū adultero conspirauit in viri necem: qui cum nouisset penetralia habitationis Sengulfi: dum familia abesset: eum in cubiculo quiescentē gladio percussit oblatis eidē imprimis ecclesie sacratis iterijt. Ea martirij palma vir ipse probus: et miles strenuus celo suscipitur: sepeliturq; in propria patria apud suos in Basilica apostolorum Petri et Pauli sua impēsa erecta: multis in eius funere coruscātibus miraculis: colachrimantibus populis: suis precipue necessarijs: et maxime duabus amitis: que circa eximium funeris apparatum ad modum erant intēte. Sic clarus miraculis: sanctitate vite: et rebus strenue gestis: sacra sua attestāte hystoria quieuit in pace. Queādmodum autem Sengulfi martiris corpus venerandum Papiam sit delatum: ad me non attinet scribere: quia nec ipsa hystoria: nec scripta vetusta: que legerim aliquid certi non referunt. mihi enim absit sacris mētiri rebus. Uenerabile autem corpus suum ea in sacra ede seruatur: et precipue veneratur.

Nunc fine facto de diuo Syro patre nostro sanctissimo ceterisq; illustribus ticinensibus pontificibus ibidē quiescentibus. Qui quidē Syrus vir sane diuinus: tempore apostolorum eruditus doctrina eorum Ticinum veniens: ibidem primus Christi vexillum erexit: vbi mirandis virtutibus: miraculis: et sanctitatis operibus: annis bistribus supra quinquaginta religiosissime pōtificauit: eo quo illis antiquioribus seculis Papia aliarum ciuitatum christiane religionis magistra haberetur: vnde lucidi christiane culture riui accipiebantur: Item et virorum Illustrium ticinensium: aliorum scilicet sanctorum Pontificum sub eodem vexillo strenue militantium: in eiusdem non tantum vrbis: verum totius Italie: atq; reipublice christiane salutem: vt inferius dillucide patebit: magis est legēdum: quam auiditate antiquitatum que opusculo exigente ibi inscribi debuerunt: ad ipsos diuos Pontifices transeo: suaq; ad sacra templa: vbi venerande eorum reliquie tumulantur: atq; coluntur.

De sancto Inuentio Papie Epo. Cap. VI.

Auentius post Põpeiuz tertius Eps sup trigintanouẽ sedit ãnis. Hic nãq; pastor optimus: & sanctitate preclarus ad illustrãdos in christi fide populos cũ diuo patre Syro Papiã veniens: vbi Christi vexillum Syrus erexit. Genuãq; etiã Ast: & Derthonam catholica fide illuminauit: mirandis claruit sanctitatis operibus: merito igitur cũ eo mirandis laudibus venit celebrandus: cum quo inumerabiliuz p augenda fide christiana laborũ soci⁹ enituit insignis. Hic quoq; mortuo Pompeio: dum ticinensis populus eum in pontificem vellet eleuare: se indignum existimãs tanto dignitatis culmine: laude auffugit. At populus ipse Laude properans: captum: & inuitum in pontificij sedem perducit. Dum autem pontificaret: omni spiritu cultui diuino erat intentus. pauperes pietate fouebat: suscipiebat hospitio pegrinos: erat misericors circa viduas: orphanos: pupillos: & psidio destitutos. Testis est vidua a creditore vexata duplo pluris q̃ recepisset. nã pientissimus ipse pastor lachrimis vidue motus ad eũ dyaconũ supplicẽ mittit: ne vltra debitã sũmã viduã molestaret: qui cũ tenueret: eidẽ soluta a dyacono expetita pecunia: cõfestiz vltione diuina in terrã decidẽs aiaz efflauit ad iferos. Alio itez tpe cuiusdẽ Fisci auctoris Ticini amnez transeũtis magnũ: qd deferebat: pecunie põdus in pfundũ flumis demergit. qui merens vehemẽter: & dolẽs ad scm̃ Presulẽ pperat: eiq; serio narrat: quã grãdẽ ferat amisse pecunie iacturã: sperãs rei sue posse ↄsulere: mõ

pius pastor ad misericordiã flectat. Qui statim audito viro mesto demigrauit ad euz flumis locũ vbi pecunia submersa ferebat: ꝛ alta voce inquit. Tibi dico aqua in noie dñi nostri Jesu christi qui suis pedibus sanctissimis super te ambulauit: ne eam retineas pecuniã: cuius causa hic meus proximus tam graui merore cõtristat. Mirabilis deus in sanctis: ꝛ virtutibus suis illico sulcãtibus vndis: spectante populo: ad presulis pedes pecunia iactatur. Non est etiã conticendũ de Porphyrio bellorum duce stupendum miraculum: qui cum ticinensis ciuitas ob mirandam populi religionem ciuitas christianorum: ꝛ catholice fidei aliarum ciuitatum magistra vocaret: iperante Vespesiano: furenti exercitu Roma Ticinum ad ibidẽ populum gladio delendum mittitur: qui Ticinũ ingressus: intelligens populum mira deuotionis flamma in ede sacra ad sui Pontificis missam intentum: magna armatoruz comitante caterua Basilicaz ingreditur. At sanctus pastor: cuius sacrum pectus dei erat tẽpluz sancto spiritu refertum: in summo mortis periculo đ salute minime dubitans: territum populum hortatur: ne a cultu diuino discedat: ne de dei persidio diffidat. dum sic autem in mortis terrore esset populus constitutus: solum deum sue salutis sperans auctorem: q suos sinit terreri: sed non perire. ecce ꝙ ferus Porphyrius cuz sathelitibus furens: Et putans in ore gladiorum truncare populum christianum: dei iudicio obnubilati se inuicez diris inuadunt armis: seq̃ metipsos eijciunt extra Basilicam: pauimento ecclesie cruento relicto: ꝛ ibidem fero marte certantes mutuis se vulneribus cõfodiunt. missa autem pro more celebrata. Juuentius vir diuinus Basilicam omnes egredi iubet: ꝛ orare pro persecutoribus. Ad quorum orationem sathelites ipsi incolumes omnes surrexerunt altis ad sydera vocibus clamitantes. Magnus: ꝛ verus est deus christianoruz: vana: ꝛ falsa sunt idola que colimus. Tũc Porphyrius Juuẽtij pedibus peruolutus inquit. O serue dei deum quem tu colis: verum ac tremendum pro me ora: quoniam contemptis idolorũ cultu ris: ac Cesaris mandatis christi fidem amplecti decreui. Cui iquit Juuentius. Noueris ꝙ superna dei clementia non vocem: sed cordis mentem rimatur. Si toto corde credideris: quicquid a deo petieris impetrabis. demũ Porphyri⁹ omnisq̃ exercitus ad Christi fidem

fidem conuertitur: ⁊ baptizatur. Non etiam pretereundũ videtᷣ: q̄
accedente eodem sancto. Presule Mediolanum gratia ordinandi
clam clericos: ob seuientem in fideles arrianam pestem: que prohi-
buit ibidem vsq̄ ad profuturũ Papie antistitem: eiusdē sacra te-
ste hystoria: christi vexillum erigere: ⁊ pontificij sedem stabilire: ar-
riani in ipsius vrbis ingressum verberibus Inuentiū inuadũt. At
mox ventorū procella cū tēpestate magna rabidi ipsi canes a deo
grauiter percutiuntur: q̄ terrore mortis exclamare ceperunt. O ser
ue dei iuua iuua nos: quia volumus baptizari. Qui statim Inuen-
tij oratione liberantur: statimq̄ baptizātur. Plures item alij ad
fidem christi conuertuntur. Postea Ticinū rediens in limine vr-
bis paraliticum gratia recuperande sanitatis eiusdem sancti presu-
lis prestolantem aduentum: pristine restituit sanitati: pluraq̄ alia
miraculorum signa breuitati inseruiens omittũtur: quo hystorie cal
cem attingere valeam. Demũ cum pastor ipse optimus per om-
nes sanctitatis virtutes in gremio sancte matris ecclesie strenue se
exercuisset: ⁊ pientissimum se exhibuisset per omnia pietatis opera:
fortissimũq̄ contra arrianos patronū: ⁊ nihil pretermisisset: quod
ad optimum spectaret Pontificem: vt suas oues dirigeret in ce-
lũ: ecce q̄ cum esset in oratione: ⁊ alta mentis diuina cōtemplatione
maximus ei refulxit splendor sanctorum patris diui Syri: Celsi: ⁊
Nazarij: cui inquit Syrus: Noueris q̄ nobiscum tertia die in ce-
lo eterna gloria exultabis. Eo autē die tertio: conuocato clero: at-
q̄ populo: celebratis pro more missarū solemnijs. Uir diuinꝰ In-
uentius eam celestem aperuit reuelationē. Postmodũ omnes ad-
monet: q̄ cultui diuino essent intenti: maxime orationi: pietatisq̄
operibus. dei seruarent mandata: inuicem se diligerent: mundũ cō-
temnerent: ⁊ deũ toto corde diligerent. fraudes Sathane aufuge-
rent: arrianamq̄ mortiferā pestem a ticinensi ecclesia eliminarent.
Postremo omnes benedixit: ⁊ eius anima carne soluta tota glorio
sa celo suscipitur. Eius autem corpus sacratissimum magno fune-
ris honore: vniuerso populo colachrymante: sepelitur ea in Basili
ca sui nominis: quam ipse Celso: ⁊ Nazario gloriosis martyribus
dicauit: Anno decimo ⁊ septimo supra centesimum: pōtificatus ve
ro sui nono ⁊ trigesimo.

Fine facto diui Inuentij sacre hystorie: cuius ingenti sanctitate: & miraculorum signis: deo auctore: vidue precipue creditor auarus animam fertur ad inferos efflasse. Porphyrius autem christianorum accerrimus persecutor cum omni militum acie ad Christi fidē conuertitur. Mediolani vero perfidi arriani: aduersus quos viri Illustres ticinenses: sancti scilicet pontifices pro conseruatione vere fidei christiane assiduo erant in certamine: ne arriana eorū perfidia attingeret ticini limina: e celo ruente supra eos tēpestate: in terrore mortis cōuertunt. Postremo paralitica liberata: eterno deo. diuoq̄ Inuentio magnas agit gratias. Nunc ad ciuē virtutibus Illustrem ticinensem: & rerum in toto latio preclare gestarum sanctum atq̄ sublimen Antistitem Epiphaniū stillus dirrigitur.

Explicit liber secundus.

Jacobi Gualle iureconsulti: Sanctuarij Papie. Sequitur Liber tertius.

De sancto Epiphanio Papie Episcopo: De Odoacre Rege: Theodoricoqз Imperatore. Cap. I.

Epi phani⁹ post Crispinuз octauus ticinẽsis Episcopus: Anno salutis quiquagesimoprimo: supra quadrigentos: triginta ⁊ vno sedit anno. Hic itaqз patria ticinensis: genere nobilis. virtutibus autem Illustris: Mario: ac Focharia natus parentibus: de cuius sanctitate: ⁊ mirãda virtutuз prestãtia tota est testis Italia: vt inferius dillucide patebit: etiam in cunis dormiens radijs visus est fulgere. quod quidem magnum sue future sanctitatis fuit vaticiniuз. Namqз ab ipsa infantia creuit de virtute in virtutem in omnium admirationem. erat enim aspectu Angelicus: sermone nitidus: corpore decorus: opere sanctus: spe pacientissimus: ac omni charitate diffusus: cui tantam dominus cõtulit gratiam: vt ab omnibus diligeretur: ab omnibusqз laudaret: ob cuius stupendas virtutes apud vniuersum clerum: ticiniqз populum: maximo in precio habebatur. Tam mirandam iuuenis prestantiaз videns Crispinus: strenua Epiphanij virtute in laboribus sui pontificatus se iuuabat: ⁊ vna dierum apud Sumum: id enim nomen illius est villule: que non longe distat a pado: cum ab quodaз rustico nomine Burgo: de finibus agrorum magna fieret contentio: ⁊ ad eam litem sedandaз istuc mitteretur Epiphanius: ecce q ab eo viro ꝓteruo graui ꝑcussione vulneraꝛ. qđ audiẽs ciuitas xp̄ianoꝝ

(nam Papia ob magnam eiusdem populi religionē sic vocitabať) ad Burgū enecandum tota furore concitatur: accedentibus etiam pijs lachrymis Crispini sancti pontificis ob suum dilectum vulneratum dyaconum. In tanto vero reruʒ turbine solus Epiphanius letus sua clementi eloquentia cuncta pacabat. Dum autem miranda virtute cunctos excelleret: ⁊ nulluʒ religionis: pietatis: ⁊ humanitatis precipuum exempluʒ pretermitteret: Crispinus moritur. in eius quidem exitu ciuitateʒ clero: ⁊ populo cōmendauit: ⁊ virū nobilem Epiphaniuʒ: cuius viderat oculis: erat ore locutus: ambulauerat pedibus: ⁊ sua ingenij prestantia pergraui pontificij regimine subleuebatur. His dictis spiritū efflauit in celum. Epiphanius mestitia plenus omniū voce creatur Episcopus: quo pontificatu inito ad clerum vniuersumqȝ populum sic exorsus est. Non mea virtute viri christiani ticinenses: at vestra humanitate ac charitate in hanc sublimeʒ pontificij sedeʒ me indignuʒ video enectum: cuius graue onus: quod humeri mei ferre nequeunt: vos ipsi mecuʒ ferte: ac diuidite. Obseruate precor vitam: moresqȝ meos: quod indignuʒ noueritis arguite. nemo erranteʒ suuʒ pastoreʒ arguere vereať. deuʒ auteʒ altissimum super omnia diligite: ⁊ proximum: vt vosipsos. his paucis cōticuit. At omnes alta voce ꝯclamarunt: Salue pater sancte: quem futurum pastorem optimuʒ non dubitamus. Postea clero qui integritate religionis beatoruʒ chorus habebatur: vt hostilibus viciorum bellis strenuo clipeo se opponeret: ⁊ virtutuʒ vexilla in celum erigeret: has dedit leges. Ne clerici balnea ingrederētur: castitatem omnino seruarent. Tantūmodo vesperi: omisso prādio: ederent. Pro cibis olera sumerēt: ac legumina: vilesqȝ dapes: nec ad saturitatem: parum vini ob stomaci debilitateʒ. Preterea de cultura celestium preceptoruʒ: ipsuʒ instruebat clerum. Semper primus erat in sacro dei tēplo: vt ceteros dirigeret. Ad altare autē pro obseruantia ingentis sue religionis nudis stabat pedibus. Demum magna fidei prestantia: ac opeꝝ sanctitate cunctis suis actionibus vniuersum populum dirigebat in salutis portum. Interea cum sceua orta essent odia: inter Antonium romanoruʒ principeʒ: ac Retimer patritium: Epiphanius facundia: ac sapientia insignis ad ea sedanda Romam mittitur. ab quo clementer susceptus eideʒ

hoc preclarum sue legationis eloquium exposuit. Inclite princeps: celesti decreto sancitum est: vt sub omnipotenti manu dei principes terrarum orbis: qui per eum regnant: se curuare debeant: et cũ sciant ipsum deum pacis auctorem: atq amatorem: pacem sequi tenentur: quemadmoduz recto spiritu rex Dauid: clementissimiq3 alij plures principes christiani egerunt: alta mente cõsiderantes illam esse veram victoriam: que non manu bellica: sed potius indulgentia acquiritur: et quia dubij bellorum euentus vtriq3 etiam parti ruinam afferre solent. Paci igitur euitendum est: cuius ingenti claritate bellorum tenebre fugantur: cuius eminentia certa pro dubijs amplectuntur. Pax: que etiam barbaris poscentibus non negatur: amore celestis regis christiano principi eam oranti leto animo est largienda. Pacem deniq3 o clementissime Cesar: Retimer patritius a tua maiestate meo ore cupit impetrare: quam solita clementia ad ingentem tui nominis laudem eidem eo sedere digneris indulgere: vt que apud ipsum sint: eidem relinquantur: ne hec miseranda italia vtriusq3 bellorum furore: tanta strage amplius vastetur. Hec per breui sermone ab eloquentissimo Epiphanio diuo põtifice cesari exposita fuere. Ad que Antennius ab intimo pectore vocem trahens inquit. O pontifex sancte longe mens mihi aliena erat cum Retimer patritio pacem habere ob eius simultates: ac inimicitias: quibus pro viribus studuit romanum imperium in fundum versare: nec mea eidez colata beneficia: nec ipsa filia mea coniugali federe sibi copulata ab iniquo suo spiritu potuerunt eum reuocare: quin mihi inimicus extiterit: paraueritq3 insidias: ac mouerit bella: et erat animus cum eo nunq̃3 pacem habere: at tua miranda virtus: sanctaq3 presentia: etiam me inuitum cum iniquo hoste petitam pacem sepius eidem negatam transigere cogit. Tunc diuinus Epiphanius imensas eterno deo egit gratias: q̄ i Cesaris mẽtem pacis fudisset gratiam. Et conciliato Retimer cum Antennio: susceptoq3 pacis federe ticinum rediens ab vniuerso populo cũ magna leticia suscipitur. Postea alia longe maior est exorta persecutio: cuius cruentã calamitatẽ referre horret animus. Nam Odoacer cum magnis copijs Italiam ingreditur: Horestẽq3 patritium insequit̃ vsq3 ticinũ: cuncta ibidẽ rapinis et calamitatib9 subijciũtur

captiuāt̃ ciues: alij vīculis tenēt̃: alij alio abducūt̃: alij interficiunt̃: enecantur: ⁊ strangulant̃ etiam optimates: multe turculētissime cedes exercent̃. sacra tēpla preciosis spoliantur ac dissipātur. Regia sepulcra euertunt̃ dum preciosa auferunt̃: que vrbis nobilitatem ⁊ memoriā renouabant. ciues mortis timore perculsi ab ore gladiorū fugientes in atrocismos gladios incaute cadūt: quorū pars magna aut est fugata: aut necata. Turculentissimi item barbari sacri templi terrā effodiunt exquirentes thesauros pastoris mira pietate in celum iam transmissos captiuatur luminosa sancta soror sua: vbiq; luctus: vbiq; gemitus: vbiq; lachrymc: vbiq; trucidatorum vsq; in celum voces. tota deniq; ciuitas vno incendio concrematur. Epiphanius autem tunc mestissimus tantam videns vrbis calamitatē pietatis flāma incensus totam percurrit vrbem: quos captiuos ciues offendit: sua sanctitate: suis lachrymis: sua deniq; diuina eloquentia liberat. Sororem ittidez liberat captiuā: ⁊ per ignes: ⁊ gladios: per cedes: ⁊ truculentos hostes miraculose illesus euadit. nec cessauit circuire vrbem: quousq; mitigauerit hostes: ciuitatēq; meliori quo potuit modo pacauerit. pro cui⁹ salutis prestito dono: die noctuq; deo gratias agere non cessabat. Demū Odoacri potentioribus armis Papia pulso: Horrestes apud Placentiaz fugatur: furentiq; bello ibidez superatur: atq; vltione diuina iuxta diui Syri celeste vaticiniuz Papiaz delere volentibus spectante exercitu truculentissima nece mactatur. quo interempto mox tam grandis: tāq; cruenta cessauit calamitas: ⁊ rex Odoacer bisseptem annis latio regnauit. diuum autē Epiphaniuz ob eius mirandam sanctitatem atq; virtutem in precipuam suscepit venerationē. qui Pastor pientissimus videns vrbem: ac sacra templa barbarica rabie dirupta: ea cepit restaurare. dum vero maior erigeretur basilica: ferunt quēdam parietē dyaboli fraude collapsam: quo artifices interimerentur in eiusdē pastoris vehementiorez dolorem. at eo orante: oēs tam grande discrimen illesi euasere. Aliaq; templa basilicas atq; sacella prestantiori facie eleuauit. Edibus autez sacris restauratis: ad instaurandā quoq; ⁊ ornandam vrbem magna ruina colapsaz studiū adhibuit: qd̄ vt cōmodius efficere posset: eo supplice Odoacer ciuibus in tātā calamitatē deiectis quinquēnio imunitatē indulsit:

⁊ que in eiuſdē vrbis euerſionē ruerāt in melius renouauit. Dū hec ſtrenua Epiphanij diligentia operantur: dei ſuggerente gratia: ⁊ eo orante: multa coruſcabāt miraculoꝝ ſigna: precipue multa corpora a demonibus obſeſſa ſua ſanctitate liberātur: ⁊ dum maligni expellerenť: exclamabant: Epiphanij ſanctitate ad vaſta mittimur deſerta. Eo ſic regnāte Odoacri: Zenon cōſtantinopoli imperator ad liberandā italiam Theodoricū gottoꝝ regē mittit cōtra Odoacrem: cuius aduentū timens Odoacer rauēnā ꝓperat. Theodoricus autem ticinū veniens: audita magna ſanctitatis fama Epiphanij eo vocato ad eius preſentiā: inquit. Ecce virum ſanctum: venerabilem: iuſtū: atqȝ amabilē: virtute ſtrenuū: forma decorum: ſapiētia inſignem: diuino ingenio: ⁊ omni bonitate ac facūdia mirandū: cui noſtro euo celo ſub ſtelifero ſimilis nobis non offertur. Poſtea ticino diſcedens cum armatorū cuneis: ⁊ rauēnam properās: Papiam vrbē: matrē atqȝ ſorores fidei: ac regimini Epiphanij cōmendauit. Cum vero eſſet rauenne: ea triēnio obſeſſa. Odoacrem pluribus prelijs ſuperauit. qui grauiſſimā obſidionem ferre non valēs tandē Theodoricū dominationis recepit ſocium: a quo non multo poſt ad cenam inuitatus contra datam fidem: cruenta nece occidiť: vnde ſtatim nemine aduerſante: contra tamē imperatoris volūtatē totius latij imperio potitus eſt. Ad qđ ſtabiliendū impiū: Andeflenam franchorum regis filiam ſibi cōnubio iunxit. Per ea quoqȝ tēpora ſiciliā cū adiacentibus inſulis ſuo imperio adiecit: atqȝ dalmaciam ſibi ſubditā fecit. Theodorico aūt in remotis ſic agente: Gūdauerus burgūdionum Princeps per lyguriā magno exercitu intrans italiam: Papiā: aliaſqȝ quāplures vrbes ⁊ prouincias pro voluntate dirripiens: ad gallias captiuorum multitudinē pene infinitam ſecum adduxit. quod intelligens Theodoricus illico vocato Epiphanio ei intimo cordis ſuſpirio inquit. O decus pontificum ⁊ paſtor optime: maximo dolore conflictor: videns miſerandam italiā feritate Gundaueri populis viduatā. ſuſcipe precor pie pater pro noſtris captiuis redimendis ad eum hoc legatōis munus precipuū. Nā tua virtꝰ eximia: ꝑclaraqȝ facundia: mihi credito: mō hac fungaris piētiſſima legatōe ſalus erit vaſte ⁊ miſerāde italie. At Epiphanius lachrymis pietatis viſceribus fuſis: regium humiliter

suscipiens mandatum:niueas alpes:multis laboribus:atq; pericu
lis transiens peruenit ad Gundauerum:apud quez sic exorsus est.
Illustris princeps:ad tuaz maiestatē insigni clementia redimitā:
voce Theodorici totius Italie Regis atq; totius Italie legatione
fungor:vt pietate vtaris:que mortales imortalib9 equat:et tibi ta-
les prepares tēpore necessitatis thesauros q tuā non sinant animā
ire in tenebras:bonum tibi affero nuncium:quando thesauros tibi
affero celestes:si quos captiuos detines Italos:gratis liberaueris:
hoc mandat:hoc iubet celestium princeps:quo cum diuis principi-
bus suis in excelso celi atrio eterna felicitate leteris:qui pro capti-
uis redimendis:publicum conscendit crucis patibulum:ac precio-
sum sui sanguinis persoluit thesaurum:pro captiuis demum tullit
horrendum mortis tormentuz.Si tua clementia:eam dono dat li-
berationem captiuoꝝ:hac ingenti pietate:qua nulla deo carior ho-
stia offerri potest:tuam beatificas animam:quoniam celeste Regnū
tibi facis obnoxium:tibiq; perpetuo Theodoricuz Regem:ac vni-
uersam Italiam iūges amicitie foedere.¶Preterea tua regia digni
tas tam preclaro facinore celebrata transibit in posteros ad eternā
tui nominis laudem.Tanta deniq; claruit dicendi facundia diuus
Epiphanius:q excepta inumera multitudine pro quibus precium
tribuit:sex millia captiuorum ob solam sue sanctitatitis reueren-
tiaz et stupendam eloquentiam gratis concessa in Italiam reduxit.
In itinere autem apud castellum Tarentas nuncupatum:mulier
a demonio vexata stridens:et fremens ad Epiphaniuz perducitur:
sola cuius benedictione:cuncto obstupescente populo:liberat̄.Vo-
luit enim deus etiam apud exteros miraculoꝝ signis sui serui ma-
gnam declarare sanctitatem. ¶Postremo Rauene dum ibi esset
apud Theodoricū:et eo orante Lygurie populos graui tributorum
exactione liberasset:ticinuz tanq̄ ad sepulchruz rediēs:graui mor-
bo in agro parmensi corripitur.Ticinum vero cuz ingrederetur:ne
populus contristaretur:cunctis incolumen qua poterat serena facie
se exhibebat:quoniam suo aduētu totus populus:exultabat.Sed
proh dolor:q̄z cito gaudium vertitur in luctum:naz ea met sui ad-
uentus nocte ingrauescente letali egritudine:ad nouissimuz perue
nit mortis diem dicens:mihi viuere Christus est:et mori lucrū:mi-

sericordias tuas domine in eternum cãtabo in generatione:⁊ generationem:ore meo pronunciabo veritatẽ tuam:in manus tuas domine comendo spiritum meum:⁊ iam de celesti securus gloria illud propheticum celebrabat. Confirmatum est in domino cor meum:⁊ exaltata est gloria mea in deo salutari meo:aliaq; etiaz plura sacra verba prosequebatur optimus ipse pastor:pius:iustus:atq; sanct⁹: amator pupillorum:⁊ viduarum:patrie:ciuium:ac populorum:totiusq; deniq; Italie strenuus protector. Sicq; de deo:de ecclesia: de patria:de toto latio meritus:data astantibus salutis eruditione:pariter ⁊ benedictione:eius perbeata anima in celum ad beatoꝝ choros suscepta est. Anno salutis supra ducentos quinquagesimoprimo:sui vero Pontificatus vno:⁊ trigesimo. Sepelitur demum cum luminosa:speciosa:⁊ honorata sanctis suis sororibus ea ĩ Basilica a suo nomine nuncupata:quam in honorem Illustrissimoruz martyruz Vincẽtij:atq; Gaudẽtij extruxerat. Põtifex ipse piẽtissimus:patria genere:⁊ virtute ticinensis nobilissimus:meritoruz autem amplitudine parens optimus:atq; sanctissimns:quem vniuersus ticinensis populus maximis lachrymis:⁊ gemitibus multis diebus luxit.

Facto fine sacre hystorie diui Epiphanij:cuius mirãda virtus: atq; sanctitas claruit tempore Gottorum ante longobardorum in Italiam aduentum:dum seuientibus bellis:in sanguine:ferro:incendio:preda:fuga:tota conflictaret̃ Italia:maxime Papia:adeo ꝙ mirum est:vt ciuitas ipsa:que tot:⁊ tantas calamitates:vastationes:ac dirruptiones antiquioribus seculis passa est:non sit solo equata:⁊ funditus euersa. Sed quẽadmoduz fidem christianã nũq̃; defuturam voluerit Christus:dum diceret Petro oraui pro te ne deficiat fides tua. Pari modo nunq̃; deficiet Papia:pro qua diuus pater Syrus orauit:⁊ eam in eius aduentu celesti vaticinio future sue felicitatis certiorem reddidit dicens. Delectare gaudijs vrbs Papia:naz minima in finitimis ciuitatibus non vocaberis: sed copiosa. Que quidem ciuitas:⁊ ipsa tota Italia Epiphanij cõsilio:miranda virtute:⁊ eloquẽtia:animiq; celsitudine:angelica facundia:magna sanctitate:⁊ claritate miraculoꝝ salutem consecuta

est:redimendo captiuos:⁊ suis clarissimis legationibus ad turculẽ tos etiaȝ Principes:quos diuino placabat eloquio:sedãdo bella: ⁊ confirmãdo paceȝ:adeo vt eximios sue etatis sanctos pontifices quanto vel syderibus ceteris sol:vel mare flumibus cunctis:virtutum excellentia longe precelleret. Nũc a sacra eminentiq; diui Epiphanij hystoria:ad Enodium sanctitate:⁊ insigni virtute ticinẽsem antistitem prestantissimum:transeamus.

De sancto Enodio Papie Epõ. Cap. II.

Enodius decimus ticinensis ep̃s:anno salutis supra ducentos octuagesimo:cũ doctor:⁊ orator ĩsignis haberet:ac magna virtute p̃staret:ab Hormisda summo Pontifice:Paulo dyacono teste sexto libro Romane hystorie:meritis sue eximie virtutis p̃ponitur:qui legatione fungeretur ad Anastasiuȝ cõstantinopolitanum Imperatorem hereticuȝ: cuius terra mens heretica perfidia deprauabatur:que mortalibus cũcta mala afferre solet:vt Enodius ipse christiana doctrina apprime eruditus per dilucida intemerate veritatis documenta a perfidia euȝ reuocaret. Verũ princeps ipse dyabolicus:animo in sua perfidia obstinato:nihil nisi seuum:⁊ attrox cogitans:diuinũ ipsuȝ virum Enodium:ac comites tot:tantorũq; laborum:⁊ periculorum socios:cum magna contumelia a seuo suo conspectu abiecit:⁊ quod deterius fuit:fragili naui impositos furẽti cõmittit mari:mandans ne vspiam per totam Greciã ad vlla littora accedere sinerẽtur:quo omni destituti p̃sidio miserabiliter immergerentur. Carina autem concita ventis in altas maris procellas eleuatur:⁊ tumescentibus fluctuuȝ montibus horrebat naufragiuȝ:tũc illis ceruleus supra caput astitit imber:tũc maria vndiq;:

⁊ vndiq3 celum. Dum vero tam ceca tempestate agerentur: terrore mortis intentis in celum oculis: atq3 manibus orabant ad vnicum salutis presidium celeste3 pientissimū parente3: ne pro exaltatione sui sanctissimi nominis pateretur perfidi Anastasij seuissimū votū impleri: sic orabant: sic flebant: sic morte3 ante oculos habebāt. At Enodius cuius sacrum pectus dei erat templum sancto spiritu refertum: in summo mortis periculo salutē sperans: socios tanto pauore territos pia voce ad spem diuinam animabat. Dū tanto terrore plena essent omnia: nec spes vlla salutis cerneretur: ecce q̄ immēsa dei clementia: qui suos pro īmortali eius nomine certantes: ⁊ de sua misericordia confidentes persecutionibus sinit terreri: sed non perire: insperato ventorum flatu: furentibus ꝓcellis: cunctis circūquaq3 obstupescentibus populis: salui omnes ad tuta iactantur littora. At perfidus Anastasius rabida feritate illorum morte3 expectans: hac iusta dei vltione punitur: q̄ rediens in palatiu3: ictu fulminis interēptus: animam efflauit ad inferos. Enodius demum vir diuinus: breui post tempore: ticinum reuertitur: a populoq3 benigne cum maxima veneratione suscipitur. Sicq3 in ꝓpriam sede3 reuersus suam ecclesiam atq3 patria3 multis muneribus: tum diuinis: tum humanis ornauit. ¶ Preterea extra menia vrbis suis impensis diuo victori Basilicam edificauit: vbi plures instituit sacerdotes: qui die: noctuq3 diuina officia ibide3 persoluerent. ¶ Populi etiam salute3 ad nouissimū vsq3 die3 diffusa charitate curauit: diuites in officio ꝯtinuit: pauperes miranda pietate prosequebāt̄: solabatur afflictos: errantes autē salubri eruditione dirigebat in salutis portū. ¶ Per has virtutū scalas Enodius pastor optimus: qui tanto in honoris culmine habitus fuerat: ā apostolica sede: de tota dei ecclesia: deq3 sua patria meritus: ꝯsilio aucte: doctrina: diligentia: scitate: diuinoq3 ingenio clarꝰ meauit ad celestia. Et ea in sacra ede eximio funeris honore tumulat̄. Anno salutis supra in exordio memorato: sui v̄o pontificatꝰ: octauo: ⁊ decimo: toto colachrymāte ticinēsi pp̄lo: tanq̄3 ꝓprio parēte orbato. Uer3 aliq̄ post tp̄a: vt venerāde ipse reliquie magis tuto: ⁊ celebriori loco seruarent̄: in vrbē ad regium scilicet diui Michaelis templu3 ad id magis tam sacro thesauro exornandum: decenter translate modo coluntur.

Fine facto sacre hystorie diui Enodij sanctitate: ac egregia virtute. Presulis prestantissimi: cuius epistole scriptaqz preclara ab eo anotata eximiam eiusdem doctrinam attestantur: qui claruit eo tempore quo Boetius illustris philosophus Theodorico latio imperante ticinum relegatur: quiqz Hormisda summo pontifice dirigente: legatur in greciam ad Anastasium hereticum: cuius iniquo spiritu in furentem iactatur maris tempestatē: quā deo fauente: cū socijs sospes euasit: eodem proteruo Anastasio diuina vltione perempto. Nunc ad Damianum antistitem optimū: preclaris sanctitatis virtutibus alta doctrina: ⁊ ecclesiasticis actionibus insignē transgrediamur.

De sancto Damiano Papie Episcopo. Cap. III.

Amianus decimus ⁊ octauus ticinēsis eps̄. Anno saluti supra q̄trigētos qnq̄gesimo ⁊ tertio: magna ⁊ ipe floruit sanctitatis: ac doctrine prestātia: veluti eius tractatus atqz epistole diuino ingenio edite ad hereticā prauitatē extirpandā in sexta synodo italie dillucidā fidē prestāt: que plurimū vulnere ad hereticam prauitatem extirpandam. Eius nāqz tempore Papia clade pessima extitit depopulata: adeo q̄ per vicos ⁊ plateas seges creuerat falce resecanda: ⁊ homines terrore perculsi in fugam salutis spem ponentes

domos deseruerunt ad montes: et nemora confugientes. Unde factum est: Paulo hystorico ad verbū referente: vt nullus pastor in vineis: nullusq; in agris cultor: aut messor inueniatur. Nocturnis quippe horis: ac diurnis vicissim tuba personabat: et quasi murmur gradientis exercitus audiebatur: sed nulla cōmeantium apparebāt vestigia. Preterea quod terrori cuncto erat populo: noctis tēpore duo visi sunt Angeli: vnus scilicet bonus: alter vero malus: quo quidem bono imperāte: malus venabulo quod suis gestabat manibus totam percurrens vrbem: edium fores pulsabat: et quot nocte ictus audiebantur: mane per singulas edes tot mortui comperiebantur.

Dum vero in tam horrendo mortis periculo populus Ticinensis esset constitutus: pius pastor ad eam fugandam pestem habito consilio cum Comperto longobardorū Rege: per vniuersum clerum: atq; populum rogationes fieri fecit: item ieiunia: ac oratiōes: et multa pietatis opera: vt desuper indulgentissimus celestis pater miserandum populum a seua peste liberaret. Deus autem ad orationes suas misericordie aures inclinans reuelauit: eam pestē extingui non posse: nisi vnum erigeretur altare in Basilica diui Petri ad vincula: in veneratione Illustrissimi Sebastiani martyris: in quo alique ex sacris eiusdem reliquijs reponerētur: atq; colerentur. Tunc diligentia eiusdem pij pastoris: Cōpertiq; Regis Sebastiani brachiū Roma Papiam delatum eo in altari sic extructo: magna cum populi veneratione: includitur: seruatur: et colitur. Et illico cūctis admirantibus: pestis ipsa est extincta. Non est etiam silentio pretereunda preclara legatio: qua vir ipse non modo sanctitate: sed et excellenti doctrina insignis: voce vniuersalis ecclesie Cōstantinopoli fungitur: ad Georgium ibidem Patriarcham hereticum perfidie tenebris obductum: vt eum reduceret in gremiū sancte matris ecclesie. Sed nec etiam tacendum est: q cum inter Imperatorem: et Longobardos seuissima bella gererentur: hic pastor virtute mirandus: post multos legationum labores: adhibitis eloquentie neruis: sedauit bella: et pacem firmauit. Demum cū Presul ipse optimus bisquindecem annis Pontificij munus mira sanctitate exercuisset: et perlucidis christiane religionis: fideiq; radijs suas oues pspicue illustrasset: dirigens electos doctrina viteq; exēplo in viā salutis:

cuius laudes disserere pro magnitudine rerũ: magno opus esset eloquentie riuo: quoniã de vniuersali ecclesia christianaq3 religiones: principibus: ac populis: ꝛ sua patria benemeritus: quieuit in pace.

Quantum autem claruerit miraculorum signis ad comprobandam suam sanctitatem: testis est ille leprosus: quem in constantinopolitane vrbis ingressu solo osculo pristine saluti restituit. Testis item est gallus capellanus: qui cum sacras eiusdez diui patris tumulatas reliquias: manu sacrilega e tumulo trahere eniteretur: ꝛ eas eruere minime posset: campane eiusdem ecclesie mirãdo dei iudicio: vt sacrilegi perfidia in populum vulgaretur: nemine eas contingente: pulsare ceperunt: ad cuius sonitum concurrẽtes vicini: viso viro pessimo ad sacram aram in ausu sacrilego: confestim ad vrbis pontificem properarunt: cui ex ordine delictum enerrarunt: qui repente cum clericali sua familia ad eam Basilicam veniens iussit omnes pro sacrilego orare. At deus pietatis aurem ad eorum orationẽ inclinans: illum reatum suum grauiter deflentẽ liberauit. Venerabile autem corpus eiusdem diui patris: ꝛ optimi pastoris Damiani: eximio funeris honore: cunctis colachrimãtibus ticinensibus sepelitur ea in sacra ede: quam ipse in honorẽ alterius Damiani gloriosi martyris edificauit.

Fine facto sacre hystorie diui Presulis Damiani. cuius preclara sanctitas: atq3 doctrina: ad defenssandam christiane religionis fidem: ad extinguendam seuissimam in populo ticinensi pestem: ad reducendum Georgium hereticum in rectam vere fidei semitam: ad sedandam inter Cesarem: ꝛ longobardos bellicam hostilitatez: non modo valuit: verum per omnia virum miranda virtute eũ ostẽdit: ꝛ magnam reportasse gloriam: signis insuper miraculorum radiantibus. Nunc ad Theodorum eminenti sanctitatis culmine Pontificem clarissimum sermonem conuertamus.

De sancto Theodoro Papie Epo. De aduētu Karoli magni in Italiam Desiderioq Rege captiuo facto. Cap. IIII.

Heodorus post Petrum ticinensis episcopus ter quinq pontificauit annis. vir namq manifestis miraculorum signis: sanctitate vite: doctrina: sublimi virtute: et eximia pietate diuinus atq mirandus. qui regnante Desiderio Rege: et vacante ticinensi sede: ab eodem Rege diuina visione permoto in pontificem eleuatur. Quo quidem inuito ellecto: consecrationis gratia perexit Romam ad Leonem tunc summum pontificem. in quo itinere claruit miraculorum signis: oppressos a demone liberando: et alias eximias exercēdo virtutes. Uerum posteaq̄ fuit consecratus: discedens a summo pontifice: inuicem se adiurarunt: vt premorientis eorum superstes ad funus accederet: illudq venerarctur. Sed vt in viam redeam. Theodorus Rome consecratus Ticinu veniens ingenti leticia: ac veneratione a clero: atq populo suscipitur. Et in propriam fidem reuersus non statim in publicū prodijt: at seclusus in cubiculo omni spiritu sanctis meditationib9 aliquot dies incumbens de susceptis beneficijs deo gratias agebat: in ipsumq deum cūcta referebat: nihil in se virtutis: nihil sapientie: nihil deniq bonitatis existimans. et orationibus: atq lachrymis: ea deuotionis flamma: qua religiose mentes incendi solent: ad celestem orabat clementissimum parētem: vt maiestate celesti suggerente: bonus custos et speculator esse

posset animarum: vt verus esset preco ad euangelicam populo predicandã: vt virtute lachrymarũ: ac orationũ populi mereretur delere iniquitatem: vt pius esset pater pauperum suis subueniẽdo necessitatibus quantũ facultates paterentur: vt ab arriana perfidia illesam suam seruaret ecclesiaꝫ: vt deniqꝫ sibi creditas oues recta mãdatorum dei via dirigeret in celum. Sic orabat: sic flebat. Pastor ipse pius iustus: atqꝫ sanctus. Transactis autẽ supplicibus lachrymarum diebus: cepit in publicum prodire: ⁊ suas oues diligenter imiscere. pauperum necessitatibus prouidere: fulminare vicia: virtutes erigere. animos ad christianaꝫ religionem incendere. ad mũdi contemptũ: ad dei amorem: ac patriaꝫ celestẽ. Interea Karolus magnus Rex franchoruꝫ christianissimus: vocatus ab Adriano papa quo romanam tuererur ecclesiam. Quãuis sacra eiusdem diui presulis referat hystoria euꝫ venisse cupiditate latius dominãdi: ⁊ subijciendi suo imperio italiam: regi Desiderio belluꝫ mouit: Papiamqꝫ magno milituꝫ exercitu obsedit. Furente auteꝫ ea graui gallorum obsidione: dum aliquando ciues bello fessi arma deponerent: pius pastor moenia deambulans salutari crucis signo defensabat vrbeꝫ: quod videns quidaꝫ Karoli nepos: e medio viruꝫ sanctuꝫ tollere volens: in eum vibrauit sagitam. At illico mirando dei iudicio sagitantis guttur: propria sagita in eũ reuersa perfoditur: sicqꝫ cruentissima nece mactatur. Hac tã manifesta dei vltione terrenꝰ hostes. Hac quoqꝫ stupẽda miraculi claritate Karolus cernens magnã antistitis sanctitatẽ: defuncti nepotis vitã tali federe supplex ab eo poposcit. Qꝺ nullo vnquã tẽpore: presule ipso viuẽte regi Desiderio arma moueret. Pastor vero sanctissimus misericordia motus annuit Karoli precibus: ⁊ in christi noĩe: ac virtute cõfestiꝫ viuuꝫ nepotẽ sibi restituit: hoc prophetico carmine: qꝺ suo semꝑ erat in ore. Non nobis dñe: non nobis: sed nomini tuo da gloriã. At cũ postea iuxta promissa Karolus obsidioneꝫ soluere nolet: statiꝫ qꝺ dei miraculũ cunctis seculis est memorandum: flumen ticini adeo excreuit: atqꝫ intumuit: qꝰ nisi franci ad montes statiꝫ fugã arripuissent: eo in flumine oẽs submersi furẽti morte vita caruissent. Huiuscemodi miraculorum clararitate post longam obsidionem Papia diuinitus: ⁊ non vlla humana potentia fuit liberata.

Demum

Hãc mr̃es doceãt eaꝝ filios scĩssimaꝫ fidei religionẽ: vt eos ad celestis thesauri p̃mia dirigãt. Hoc p̃dicẽt oẽs regiones. Hoc stupẽdũ deniqꝫ fidei exẽplũ: pp̃ł'i trãsmittant in posteros ad eternaꝫ rei memoriam.

De sancto Ualeriano: ⁊ Tiburtio martyribꝰ. Cap. IX.

Aleri anus Cecilie virginis mirã de sanctitatis sponsus: eodẽ in delubro cuꝫ Tiburtio quie-

scit. Qui ꝛ ipsi nobilissimi ciues romani: furẽte in christianos ea ꝑsecutione: inuicto animo Rome martyriũ pro Christo ferentes: fustes imprimis: quibus cesi sunt: tandem fero iubente Almachio gladio decollanẗ: eorũq3 spiritus in celũ delati eterna felicitate fruunẗ.

De sancto Cornelio summo pontifice. Cap. X.

Cornelij quoq3 sũmi pontificis vigesimiscõi caput venerãdum ibidem etia3 seruaẗ: cuius scripta fidei plena: teste sanctissimo Hieronymo: christianam religionem illustrant. Nam quia eruditissimus erat: multas scripsit epistolas catholica fide relucentes. De synodo romana: ad Fabium anthiocensis ecclesie episcopu3: de Italia: de Affrica: de synodi quoq3 gestis: de Nouatiano heretico ac eiusdem socijs valde prolixam ad eundem. Plura item statuit: que longum esset referre: ad apostolice sedis statum in sua dignitate recte conseruandum. Preterea Petri ꝛ Pauli corpora: precibus Lucine matrone sanctissime: e cataeumbus leuauit: ꝛ vbi Rome martyrio sunt coronati: ibi ab eo celeberrimis basilicis sunt tumulati. Tande3 iussu Decij cesaris ab exilio reuocatus cum pluribus socijs: pastor ipse sanctissimus: obtruncato capite: in celum emisit spiritum.

De duobus sanctis Innocentibus. Cap. XI.

Uorum vero sanctoruz innocentū reliquie in altari maiori sunt in veneratione: qui pro Christo glorioso martyrio coronati: ex numero sunt centum quadragintaquattuor milia: quos beata Bethleem terra iuda eoruz mater in preciosum deo obtulit thesauruz. Et quoniam tāquam prime ecclesie gemme virginitatis angelico splendore radiantes minime cum mulieribus sunt coinquinati: merito modo in superna celesti arce regem celestem qui est corona virginuz semper secuntur. Eos itaqꝫ perbeatos infantes crudelissimi Herodis imperio cruentis gladijs iugulatos: non dolentes at gaudentes magnis preconijs veneremur: suaqꝫ festiui celebremus solēnia: quibus martyrij pena felicitas est eterna: impio autem herodi eterna erit gehēna in die nouissimo: Qñ tuba luctifica demittet ab ethere vocem: ad cuius luctuosum sonitum trepidabūt omnes: atqꝫ cōtremiscent: ⁊ per iram dei iusticia totuz exterminabit ⁊ delebit orbem: in impietates ⁊ libidines ⁊ cupiditates versuz: Quādo sol obscurabitur: ⁊ luna non dabit lumen suum: Quando stellis creberrimis de celo cadentibus: tota ardebit terra vsqꝫ in infernū: Quando peccatores ⁊ impij mittentur in abyssi stagnuz: Quando deniqꝫ eorum cruciatus atqꝫ tormenta ascendent in secula seculorū: vbi erit fletus ⁊ stridor dentium in eternum.

De Lymprando Longobardorum Rege conditore sancti Augustini. Cap. XII.

Lymprãdus Rex omni Laude dignissimus: merito (Paulo hystorico referente) cuicũque clarissimo Principi: rerum gestaruz magnificentia: virtute: laude: et gloria cõparari põt. Hic cũ miranda prestaret prudentia: pbitate: iustitia: liberalitate: atque clementia ab Asprando parente Rege etiaz superstite ad Regem gubernacula suscipitur. et quoniã giganteo corpore bellis strenue exercitato vigebat: nemo veteramus proprij etiã corporis certamine pugnatior habebatur: adeo q cum duo eiusdem robusti milites ipsum Regem interficere coniurassent: q̃ plurimum talis coniuratio in eius venit notitiam: mox Ticinuz armatus exiens: solus cum solis illis perfidis hostibus pariter armatis: ad siluam: locũ sic vocitatum perueniens: euaginato mucrone corrusco inquit illis armatis: in me diris irruite armis: in me mortis perfidum adimplete votum. Tunc illi territi ad regios pedes precipites sese dederũt: veniamque precantur: At Lymprandus flauiana clementia motus: illis indulsit. Hic namque vnus omniuz inter optimos principes celebratur: qui cum Karolo martelo Francoruz Rege sibi compatre e Gallia sarracenos eiecit. Et in Hispania ad multam barbaroruz cedem pro extollenda fidei christiane sanctissima lege acerrime bellauit. qui primo sui regni anno alpes cotias ab Ariperto Rege beato Petro donatas confirmauit: et Anchonaz: Naruiã: Sabinaque opida: et quicquid a Longobardis superioribus seculis occupatum fuerat: restituit: tempore Gregorij pape secũdi. Preterea adeo religionis amator erat: q nullibi vnq̃ sine suo suffragio permiserit templa edificari. etiam intra suum palatium sacram construxit edẽ:

vbi multos instituit sacerdotes: atq3 clericos: qui die noctuq3 officia persoluerent. Papiam autem tam gratam suam regiam sedez: templis: basilicis: atq3 sacellis decorauit. at imprimis sanctoru3 reliquijs Augustini precipue catholici doctoris eminentissimi: d quibus infra: ad sempiternam dei omnipotentis laudem: suiq3 nominis: ac regie dignitatis celebrem memoriam. Qui quidem optimus princeps decus Longobardorum: siue christiane religionis veritate: siue animi magnitudine: siue armorum gloria: siue rebus clarissime gestis: nullis sciuit vnq3 cedere terris. cuius ⁊ si multa perierint scripta magnarum rerum gestarum suaru3: quia princeps ipse omni virtutum genere claruit pstātissimus: nunq3 oblitterata erit eius memoria. Demum cursum explens sue celeberrime vite: anno salutis septigentesimo ⁊ quadragesimoquinto: sui vero regni vno: ⁊ trigesimo: magis corruscātibus suis meritis: ex temporali: ac terreno lōgobardie regno: modo celesti fruitur: atq3 eterno. In ipsaq3 sacra ede sub nomine diui Petri in celo aureo ab eo erecta: ad ingressum confessoris eiusdem Regis corpus eleuato recōditur mausoleo: in quo hec inscripta carmina suas celebrant inclytas laudes.

Flauius hoc tumulo Lymprandus conditor olim:
Longobardorum Rex inclytus. acer in armis:
Et bello victor: Sutriumq3 Bononia firmant:
Hoc ⁊ Arminium: nec non inuicta Spoleti
Moenia. namq3 sibi hec subiecit fortior armis.
Roma suas vires iam pridem hoc milite multo
Obsessa expauit. deinceps tremuere feroces
Usq3 sarracem: quos dispulit impiger ipso
Cum premerent gallos Karolo poscente iuuari.
Ungarus a solo hoc adiutus: Francus: ⁊ omnes
Uicini grata degebant pace per omnes.
Rege sub hoc fulsit: quod mirum est: sancta frequensq3
Religio: vt recolunt alpes: ecclesia quarum
Hunc habuit vincente ipso: ⁊ per grandia templa:
Que viuens struxit: quibus ⁊ famosus in orbe
Semper ⁊ eternus lustrabit secula cuncta.
Precipue Petro celesti hac sede dicata

Clavigero statuit celo quam prouidus aureo.
Augustinus vbi: huc aliunde abductus eodem
Rege: iacet: cuius doctrina ecclesia fulget.

De translatione sancti Augustini: sacrisq; reliquijs in eius templo existentibus. Cap. XIII.

Venio nunc ad ipsam aurelij Augustini celeberrimam trãslationem. Nam sardinia barbaroꝝ feritate in furore belloꝝ euersa: ad quã ex Ippone taz ingens celestis thesaurus translatus fuerat: vbi ducentis et quinquaginta quieuerat ãnis: Lymprandus ipse Rex christianissimus alta mente considerãs principes terre: qui figuram dei gestant: per quem ipsi regnant: magno spiritu procurare debere eterni dei decus: et gloriã: ac suoruz sanctoꝝ exaltationẽ: quoꝝ assiduis p̃sidijs mortales medio fluctuũ huius tẽpestuosi p̃ntis seculi maris tot tumescentib⁹ fluctuum montib⁹: tot calamitatib⁹: atq; periculis nostra labẽs carina plena maloꝝ turbine hui⁹ miserime vite: p fulgura: ĩbres: tonitrua: ac fulmina horret naufragiũ: tandẽ peruenit ĩ portũ: miro deuotiõis ardore: multo exposito auro: maritimo nauigio: Sardinia: Januã: sua regia ẽt asistente psona: procerũq; suoꝝ: ac clero: et multo Papie populo: sũma cũ veneratõe illud sacratissimũ corp⁹ vsq; Ticinũ eiusdem regiũ domiciliũ deferri fecit. eoq; in aureo tẽplo decẽti cõfessoris loco p̃ciosis mirabiliť exornatũ locat. Locat quoq; ea in sacra

ede beatoꝝ martyꝝ corpora Lusorij.s. Ciseli: Carnerũ: Robustiã: Marci: Apianiq; epi: cũ diuo patre Augustino similiter translata: Anno salutis septigentesimo ⁊ vigesimosecũdo.

Miraculoꝝ autẽ mirãda multitudo in populos suã vulgat sanctitatis maximã famã. Nã ad venerandũ eius sepulchrũ multi valitudinarij delati: multi ceci perducti: muti: surdi: ⁊ claudi pristinam valitudinẽ sanctissimi pontificis meritis a deo recipientes: magnas ⁊ ingentes ipsi eterno deo: beatissimoq; Augustino gratias agebant. Nec est silentio pretereũdũ quod in Augustini stupendis miraculorũ signis legitur. Quod dũ plures transalpini lãguentes ad numerũ quadraginta Romam demigrarent: ⁊ ad locũ Chaua vocitatũ circa tertiũ lapidẽ prope Papiã: longo fessi itinere iuxta diuorũ Cosme ⁊ Damiani sacellũ quiescerent: ecce ꝙ Augustinus pontifico exornatus cultu sacellũ egreditur: sciscitaturq; quorsum tendant: ad limina aiũt apostolorũ Petri ⁊ Pauli curandorũ morborum suorũ gratia. Nam eo tempore valitudinarij ferme omnes eo sospitatis munere ibidem celitus donabãtur: quibus gloriosus potifex inquit: dirrigite gressus vestros Papiam ad diui Petri in celo aureo templum: vbi languores vestri curabũtur. Cum autem peregrini de nomine suo sciscitarentur: ait Augustinꝰ Iponensis sum eps. ⁊ statim euanuit. At illi repleti magno stupore: ⁊ gaudio Papiam ad aureum illud templum properant exclamãtes. O Augustine pontifex sanctissime iuxta promissa libera nos pater pientissime: nec dum peruenti ad eiusdem venerandum sepulchrũ suis langoribus omnes liberantur. At magis est mirandũ. Quod Saluator noster induens pauperis vestẽ: quo tam difusã in pauperes declararet Augustini pietatẽ: ab eodem suos sanctissimos pedes lauari passus sit: quos miro deuotionis affectu deosculans: meruit hanc audire vocem cum saluator illico auanuisset. O Augustine gaude: quia hodie filium dei in carne videre: alloqui: ⁊ tangere meruisti. Mitto ĩnumeros alios: quos memorare longũ esset: suffragio eiusdẽ sanctissimi viri liberatos. Qui vir diuinus: ⁊ si tot: tantisq; miraculorum signis clareret: ⁊ in omni sanctitate stupendis vite meritis: dum morti proximus esset: ne mens conscia sinceritatis: summeq; integritatis sue: que se verũ

dei domicilium factam nouerat: perspicue intelligens demones: nedum peruersis tantam animabus a corpore egredientibus: sed electis etiam quibuscunque maioribus insidijs horribiliter sese opponere: vt eas socias ad tormenta trahant: vento inanis glorie conquassaretur: que bona longo tempore collecta: ac omnes virtutum thesauros exufflare solet: vnde miserande anime in maius ruunt precipitium mentem deprimens: ne minus precauens: plus periclitaretur: at precauendo saluaretur: Dauit illos penitentie septem psalmos attentissime dicere non cessabat: ad implorandam dei indulgentiam: et more publicani: omnium peccatorum se reum existimans clamabat: Deus cuius proprium est misereri semper et parcere propitius esto mihi peccatori. Heu quid nobis magnis: imo maximis peccatoribus vacuis salutis meritis: tanto comoniti documento agendum est: quando vir ipse sanctissimus: cuius stupendo ingenij fulmine tota corruscat fides christiana: tota item rigatur eminentissima lex sacra: tota denique roboratur sancta mater ecclesia: ita pauens: ita cōtremiscens in hora sue solutionis ad tremendū dei iudicium accedere videbatur.

De vita sancti Augustini. Cap. XIIII.

Acratissime itaq3 reliquie supra memorate: eo i aureo templo: q̃d ab ipso sanctissimo Augustino nomen accepit: precipua veneratione coluntur: que venerande sunt non tantum Ticinensib⁹ eo magno celesti thesauro donatis: verũ cunctis orbis terraru3 nationibus: quoniam Augustinus ipse ex Tagastẽsi affrice ciuitate: vbi totũ in christi pauperes suum errogauit patrimonium: Patritio parente: Monica matre oriũdus: sacrosancte romane ecclesie doctor claruit eminentissimus. Carthagine autem litteris eximie eruditur. Rome vero sua litterarum studia: magno in precio sunt habita. At Mediolani anno sue etatis trigesimo: ab Ambrosio presule sanctissimo diuine legis iterprete: cuius aureesentẽtie Hieronymo attestãte. Ecclesie sunt: ⁊ omnium virtutum solide columne: religiosissime baptizatur: qui viri diuini: doctrina: virtute: ⁊ sanctitate excelsi pontifices: ingẽti diuinaru3 laudum p reconio discedẽtes a sacro ac perbeato illo fonte: spiritu suggerente diuino: illum gloriosum hymnũ edentes decantarũt. s. Te deum laudamus. Hic namq3 Augustinus pontifex Iponensis: ⁊ doctor ecclesie eminentissimus vniuerso orbi per inumera volumina: fontes: riuos: ⁊ flumina sacrarum scripturarum diffundit. Naz tot in omni genere doctrine libros scripsit: vt nec legi: nec queant numerari, Nam ⁊ humanas ⁊ diuinas disciplinas in vnum quasi cor-

pus redegit: ꝛ qui in solo Augustini preclaro doctrine fonte suā erudierit: cōposueritq; vitā: satis sit illi ad anime sue salutez. Mitto ordines amplissimos: radio illustrante celesti ab eo institutos: qui christiane culture rigantia sunt flumina: quibus adeo totus irrigatur terrarum orbis: vt diuus Hieronymus asserat Augustinuz alium catholice fidei cōditorē. Mitto quos miranda celesti virtute superauit. Manicheos: donatistas: pelegianos: ꝛ ceteros hereticos: canes tam rabidos: non tantum in eum falsis scriptis furentes: verum nunc veneno: nunc sagitta: nunc gladio: quo strenuū christi militem veteranum de medio tollerent: quez diuina pietas mirabiliter semper seruauit. Mitto ingentē lachrymaruz gratiam a deo impetratā: vt plangeret se in omni vita: sicut planxerūt patres in deserto: quos Helyam nominat: Helyseuz: atq; Joānembaptistam: ac Simplicianuz: sanctos heremi cultores: quorum ipse fatetur imitatione: fama: exemplo: miraculis: ꝛ salutaribus documentis meruit ad christum conuerti: ac baptizari. Mitto demū celsissimas eiusdem laudes: quas eloquentie sublimes voces personare studuerunt: ꝛ scribendo multi cecinerūt. que cunctis mortaliū linguis narrari non possūnt: neq; vllis conscribi voluminibus: quoniam Augustinus doctor ecclesie eminentissimus: omniuz qui sub sole: celoq; stelifero virtute claruerunt: cunctorum populorum voce vbiq; terrarum tonante: alto laudum preconio sublimior predicatur. Solūmodo hec Pij summi secundi pōtificis carmia i eius laudem edita: referre videtur: ad celebrandum in omni euo tam excelsum ecclesie decus colendissimum.

Barbarice gentis decus Augustine perenne.
Horrida quem nobis affrica terra tullit.
Qui scripturarum profers arcana sacrarum.
Elloquio reserans abdita cuncta tuo.
Doctior: ingenuaq; omni cultissimus arte.
Et studio prestans: ingenioq; nitens.
Quem nihil obscurum latuit: sed ꝛ omnia clarent:
Atq; humana simul dogmata ꝛ alma parent.
Cuius ꝛ instruimur doctrinis: atq; monemur:
Exemplis probitas cuius in orbe micat.

Millia librorum per te pater alme leguntur:
Editaqꝫ promunt quicquid vbiqꝫ latet.
Sis fautor omnibus:pius o sanctissime presul:
Atqꝫ deo tuas offer ad alta preces.

Nunc superest referre eiusdem diui patris preclarissima: ꝛ mirāda opera:que cum eorum titulis:atqꝫ principijs:ex pene īnumeris voluminibus dillucide in lucem prodierunt:queādmodum ex ordine infra anotantur.

De trinitate	li.	xiiij.	Incipit lecturus.
De ciuitate dei	li.	xxij.	Gloriosam ciuitatē.
Confessionum	li.	xiij.	Magnus es dn̄e.
De incarnatione Christi	li.	i.	Spes verborum.
De vita beata	li.	i.	Si philosophie.
Soliloquiorum	li.	i.	Cognoscam te.
Manuale	li.	i.	Quoniam in medio.
De spiritu ꝛ anima	li.	i.	Quoniam dictum est.
De natura boni	li.	i.	Liber de natura.
De natura ꝛ gratia	li.	i.	Librum quem.
De predestinatione	li.	i.	Dixisse quidam.
De libero arbitrio	li.	i.	Dic mihi queso.
De gratia ꝛ libero arbitrio	li.	i.	Propter eos.
De correctione ꝛ gratia	li.	i.	Lectis litteris.
De duabus animabus	li.	i.	Oppitulante deo
De quantitate anime	li.	i.	Quoniam video.
De spiritu:ꝛ anima	li.	i.	Lectis opus
De vera religione	li.	i.	Cum omnis vite.
De trinitate tractatus	li.	i.	Catholice fidei.
De quattuor virtutibus carđ.	li.	i.	Desiderium.
De peccato originali.	li.	ij.	Quam de natura.
De predestinatione diuina	li.	i.	Dum sacrarum.
De patientia	li.	i.	Virtus animi
De penitentia item	li.	i.	Mors pe.
De imortalitate anime	li.	i.	Si alicubi.

De pꝛesciẽtia dei	li.	i.	Queris vtrum
De pꝛesciẽtia dei iterũ	li.	i.	Fateoꝛ me
De natura rerum	li.	i.	Optatio diuina
Eucheridion	li.	i.	Fundamẽtuz aliud.
De videndo deum	li.	i.	Memoꝛ dei mei.
De vita chꝛistiana	li.	i.	Si ego peccatoꝛ.
De Agone chꝛistiano	li.	i.	Coꝛone dicto
De fide ad Petrum	li	iij.	Epistolam filij.
De fide rerũ inuisibiliũ	li.	i.	Sunt qui putant.
De fide ꝛ operibus	li.	i.	Quibusdã.
De fide ꝛ symbolo	li.	i.	Quoniã scriptũ est.
De vtilitate credẽdi	li.	i.	Si mihi homo.
De coꝛpoꝛe chꝛisti	li.	i.	Sicut ꝛ nos.
De elemosyna	li.	i.	Multa.
De pastoꝛibus	li.	i.	Spes tua.
De ouibus	li.	i.	Uerba que.
De gratia noui testamenti	li.	i.	Quoniam mihi.
De eo qđ scriptũ est	li.	i.	Qui ꝯ legẽ seruauerit
Ad Hieronymum	li.	i.	Qui ad te.
Suꝑ nouũ ꝛ vetus testamẽtũ	li.	i.	
Suꝑ genesim ad litterã	li.	i.	Omnis diuina.
Suꝑ genesim itẽ imꝑfecte	li.	i.	Si eligerent.
De mirabilibꝰ sacris scripturis	li	i.	Omnipotẽs dei.
De decem coꝛdis	li.	i.	Dominus ꝛ deus.
De cura habenda pꝛo moꝛtuis	li.	i.	Dum sanctitati tue.
De mendacio	li.	i.	Magna questio.
Contra mẽdacium	li.	i.	Multa mihi.
De cõflictu viciorum	li.	i.	Apostolica vox.
De .xij. gradibꝰ abusionis	li.	i.	Post.
De diuinatiõe demonũ	li.	i.	Quodam die.
Ad Orosium dialogice	li.	i.	Licet multi.
De octo dilucij questionibꝰ	li.	i.	Quantum mihi.
De vera innocentia	li.	i.	Innocentia.
De magistro ad filiũ suum	li.	i.	Per idem tempoꝛis.
De musica	li.	i.	Modus quidem.

Acta cõtra fortunatum	li.	i.	Ego iam
De moribus ecclesie ⁊ manich.	li.	iij.	In aliijs libris.
Sub qua cautela sunt recipiendi manichei.			
Cõtra faustũ manicheum	li.	xxiij.	Frustra quidem
De heresibus que sunt.xij.	li.	i.	Quod petis
Cõtra maximũ hereticũ	li.	i.	Disputationem.
Contra eundem	li.	i.	Augustinus.
Cõtra Felicianũ arrianũ	li.	i.	Extorsisti.
Ad inquisitiones ianuarij	li.	ij.	Ad ea que.
Cõtra epistolã permeniali	li.	iiij.	Multa quidem.
Cõtra epistolas potriniali	li.	iij.	Nosti vos.
Cõtra epistolã fundamenti	li.	i.	Secundum deum.
Ad pbam de orando deuz	li.	i.	Ut petisse.
De cathecismo	li.	i.	Qui in proximo.
De baptismo paruulorũ	li.	iiij.	Quãuis.
De vnico baptismo	li.	vij.	Respondete.
De baptismo cõtra donatistas	li.	i.	Libris.
De virginitate	li.	i.	Librum de.
De vera viduitate	li.	i.	Augustinus eps.
De bono cõiugali	li.	i.	Quoniaz.
De nuptijs ⁊ concubijs	li.	i.	Heretici noui.
De adulterinis coniugijs	li.	i.	Prima questio.
De perfectione iusticie	li.	i.	Sanctis fratribus.
De penitẽtia item	li.	i.	Quam sit.
Cõtra aduersa le.⁊ pphe.	li.	iij.	Quare misistis.
Cõtra Gaudentiũ epm.	li.	iiij.	Noueram te.
Cõtra Julianum	li.	vj.	Contumelias.
Psalmi ɔtra ptẽ Donati	li.	i.	Omnes qui de.
Cõtra epłam Donati heretici	li.	i.	Abste ipso.
Cõtra partem Donati	li.	ij.	Quoniam donati.
Contra Illarium	li.	i.	Qui dicunt:
Contra aliquos Donati	li.	i.	Quare timetis.
Cõtra nescio quedaz do.	li.	i.	Probationis.
Gestorum cõtra Enerito do.	li.	i.	Gloriosus.
Admonitiones donatis.	li.	i.	Quicunqz ea.

De diuersis rebus ad dia.	li.	i.	Quod petis.
De.3.questionibus ꝯ paganos	li.	i.	Monet quosdam.
Confutatio quorundam apostoloꝝ:			sibi falso impositorum.
De assumptione beate Marie	li.	i.	Profundissime.
De periurio vnus sermo.			Corona victo.
Questiones euangeliorum	li.	ij.	Hoc opus
De verbis domini	li.	i.	Euangelium audi.
Retractationum	li.	ij.	Jam diui.
Ad Simplicianum	li.	ij.	
De grāmatica	li.	i.	
De rethorica	li.	i.	
De geometria	li.	i.	
Ad Gresconium grāti.	li.	iiij.	Quando ad te.
Contra arrianos	li.	i.	Eorum precedenti.

Contra quod attulit centurius de eo quod scripsit.
Sermones ad heremitas incipiunt. Fratres mei.
Epistole ad diuersos: ⁊ econtra: numero.112.
Epistole ad Hieronymuz ⁊ ad quosdam numero septuagintaocto.
Jn annuis festis dominicis: ⁊ in plerisqꝫ sanctorum natalitijs: ⁊ de alijs rebus sermones: qui pre multitudine memorari non possunt locutus est.

Contra Felicem manicheoꝝ	li.	ij.	Honoris.
Contra secundum manicheum	li.	i.	
Beniuolentiam	li.	i.	
De disciplina	li.	i.	
De dialetica	li.	i.	
De arismetica	li.	i.	
De philosophia	li.	i.	

Supra anotata sunt Augustini volumina: at minima. naz innumera sunt ⁊ maxima: neqꝫ enarrari possunt: nec cōscribi: que diuini ingenij flumine: ab eo in lucez prodierunt. Augustinus deniqꝫ sacri eloquij flumen: quo tota rigatur sacra ecclesie pagina: merito modo in orbe terrarum totius orbis laudibus celebratur: ⁊ in celesti solio sublimi: ac excelso eterna felicitate fruitur.

Nota q̃ die.24.Julij anni.1504.fuerunt reperte in quodaȝ muro apud archaȝ seu sepulcrũ Regis Lymprandi existẽtis in ecclesia sancti Petri in celo aureo Papie:in quadam capsa lignea verata de ferro infrascripte reliquie:videlȝ.Ossa ⁊ cineres sanctorum Dauit heremite: ⁊ Thome martyris ac sancti Lymprãdi:⁊ vna mamilla sancte Marie magdalene integra ⁊ valde miraculosa:necnon ⁊ de reliquijs sanctorum Primi ⁊ Feliciani.

De sancta Monica. Cap. XV.

Non est etiã pretereundũ q̃ eo in aureo templo precipue veneraťvna costa honorabilis corporis Monice diui patris nostri Augustini sancte matris:cuiꝰ vita diuino cultui tota intenta:pietatis: ⁊ sanctitatis operibus eximie decoratur. Sed illud ex multis:que breuitatis causa omittuntur:stupendum est:q̃ Monica ipsa feminei sexus:animo semper tam inuicto:per tot labores:⁊ vite discrimina:terra:atq̃ȝ mari pijs semp̃ precibus anxia:largo se rigans ac madens lachrymarum flumine secuta sit Augustinum filium errantem:⁊ Christo rebelleȝ: quo eum ad idolorum cultura:ad veram dei religionem traheret. Felices quippe fuere ille materne lachryme tanto feruore incense: que tanq̃ȝ ardẽtes:volucresq̃ȝ sagite celestis Regis alta pectora penetrarant:vt filius Augustinus conuersus:instar fulgẽtissimi syderis omnium litterarum:mirande doctrine:atq̃ȝ virtutum:per tot millia librorum volumina:veluti e tenebris in claram lucem dirrexerit sanctam matrem ecclesiam. Unde nos mortales:eideȝ diue matri:cuius meritis nobis tanta est reddita salus:tãtuȝ debemus: quantum non licet fari lingue mortali. Eiusdem namq̃ȝ venerãdum corpus Rome apud fratres heremitas seruatur:colitur:ac veneratur.Et tumulatur mausoleo:in quo a Mapheo vegio laudẽsi poeta perspicuo:⁊ viro non minus optimo:q̃ȝ eximie erudito hec carmina inscripta feruntur.

Salue lux matrum:mater sanctissima salue:

Salue Augustini Monica digna parens.
O salue tanti nati dignissima mater:
O salue sexus gloria feminei.
Que genuisti illud cunctis memorabile seclis:
Ecclesie robur: presidiumque sacre.
Elloquij flumen tantum quo tota rigatur
Lex sacra: et vbertini lingua latina fluit.
Ingenij fulmen tantum: quo tota coruscat
Sacra fides: omnis impietasque tremit.
Quem longe errantem: longe christoque rebellem
Vertisti ad vere religionis iter.
Vertisti sanctis precibus: quibus anxia semper
Pulsabas magnum: flensque: gemensque deum.
Vertisti largo lachrymarum flumine: quo te
Spargebas largo semper et imbre madens.
Felices o que tantum lachryme: gemitusque
Felices: tantum que potuere preces.
Que trahere ad se se summum potuere tonantem:
Ferreque: qua certe mundus egebat: opem
Ecclesie tanto que firmauere ruentem
Robore: felices o lachryme: atque preces.
O dulces lachryme: vincantque: mella: fauosque.
Que vincant dulces: nectar et omne: preces.
O feruens amor: o pietas incensa parentis:
O qui flagrabat sancta per ossa calor.
O flamma: o nulli facile enarrabilis ardor:
Materne o feruor mentis: et ignis edax.
O qui te tantus estus pia mater agebat:
Et quo scandebas impetus astra super.
Ardentes tanquam longe: volucresque sagitte:
Sic ibant lachryme: vota: precesque tue.
Ethereique alte penetrabant pectora regis:
Cogebant illum nulla negare tibi.
Quin maiora etiam: quam que sperare: vel vnquam
Auderes: vltro plura simulque dare.

O quantum tibi nos omnes debere fatemur:
Cuius ope est mundo reddita tanta salus.
Quippe nisi e tenebris ad lumina sacra redisset.
Conuersus meritis filius ipse tuis:
Altiloquas totum: nisi diffudisset in orbem
Doctrinas: tantis: totqз voluminibus.
Errorum nisi tot pestes strauisset iniquas:
Ingenio nisi tot dogmata praua suo:
Quid mirum si nostra fides: cultusqз perisset?
Si totus noster religionis honos?
Nunc vero superi: quando ad fastigia celi.
Euectam nunc te purior orbis habet:
Quando hac terrena de fece: ⁊ carcere tantum
Eruta: tu loca liberiora colis.
Nunc nostris melius cogitans tu consule rebus:
Pro nostra melius funde salute preces.
Affer opem: nunc tu mundo succurre labenti:
Succurre afflictis rebus: ⁊ affer opem.
Te cuncte exorant gentes: tibi vota profundunt:
Succurre ⁊ cunctis gentibus: ⁊ affer opem.
Omnis te sexus: omnisqз te inuocat etas.
Te quicunqз vocent: omnibus affer opem.
Precipue matres: quantum experta labores:
Et natis: ⁊ tu matribus affer opem.
Te docti ante omnes: ne tu iam despice doctos:
Nemo tuo nato doctior affer opem.
Salue lux matrum: mater sanctissima salue:
O salue eterna laude canenda parens.

De sancto Seuerino. Cap. XVI.

[N]Emum dicendum est de Boetio Annitio Mauillio illustri Romano senatore: ac magno philosopho: sancto Seuerino appellato: cuius corpus pariter eo in aureo templo tumulatur. Fertur eiz q imprimis a Mauillio torquato duxerit originē: quodq; illi socer fuerit Symacus patritius senator: et ipse romanus: ac philosophus clarissimus: quorum duorum miranda virtute: doctrina: et sapiētia respublica Romana admodum enituit. Ambo quoq; ob suspitionē affectate libertatis: Theodorico rege iubente: qui eo tempore toto regnabat latio: Papiam mittuntur in exilium. Veruz postea Symaco ab exilio reuocato: diris tandē supplicijs Rome interficitur.

Boetius autem post socerum instigantibus hereticis: quorum pessimis ingenijs veritas: ac iusticia cōfunditur: et quicquid est religionis ac fidei temeratur: perpetuo damnatur carceri apud Ticinum ea in turri: que etiam vsq; hodie a suo nomine turris Boetij nuncupatur. Que quidem turris: Paulo hystorico referente: palatio regio iungitur iuxta portam: que nunc etiam prout et tunc porta nominatur Palatij: Partharis regis impēsa miro artificio fabricatam. Tandē quoniaz sol a cursu suo potius flecti potuisset: q̄z vir ipse patritius: non ad affectatam libertatē prout ei falso obijciebatur: sed ad arrianam perfidiam: iniquo Theodorici imperio gladij cruentissima cede interijt: at priusquaz efflaret spiritū: deus viri sanctitatem hoc expresso miraculo voluit declarare: peruetustis etiā Ticini cronicis attestantibus: q a loco martyrij: capite duas in partes sciso mucrone cruēto: diuina virtute eas ipse proprijs substentans manibus: iunctas detulit ad ipsum aureum templum: ibidemq; ad altare genib⁹ flexis: q2 christianissimus susceptis pro more christiane religionis sancte mr̄is ecclesie sacramētis i celū pbeatū

emisit spiritum. Uir ipse: iustitia strenuus: sanctitate conspicuus: sublimi doctrina mirãdus: philosophia eminẽtissimus: litteris grecis: ꝛ latinis doctissimus: diuine legis scientissimus: fide christiana religiosissimus: inimicus tyrannorum: hostis acerrimus viciorum: qui ad omnium culmen virtutũ eo enituit: quo nullo digno elloquio efferri possent. Superatis itaq; tot: tantisq;: tyranni: ac improborum insidijs: atq; ꝑsecutionibus. ꝛ adepta martyrij palma: modo in excelso celi atrio eterna fruitur felicitate. Cuius quidez sepulchruz: a parte dextera: qua ꝑ scale gradus itur ad altare maius: digne eleuatum: vt aiunt his versibus anotatum fuit.

Ecce Boetius celo magnus: ꝛ omni mundo mirificandus homo.
Qui Theodorico Regi delatus iniquo:
Papiam senium ducit in exilium.
In quo se mestum solans dedit inde libellum.
Post ictus gladio exijt e medio.

Que enim preclara opera ab eo edita in notitiã deuenerint: hic inferius anotantur.

De cõsolatione libros edidit quinq;. incipit Carmina q quondaz.
De christiana fide ad Joannẽ librum vnuz. Christianam fidem.
De Trinitate ad Symacum libros tres. Inuestigatã domini.
De duabus naturis Christi: librum vnum. Anime te quidem.
De vnitate Christi librum vnum Unitas est vna
De diffinitionibus librum vnum Dedi.
De disciplina scholariũ librum vnum Uestra nouit.
De diuisionibus librum vnum Qd̃ magnos.
De musica librum vnum Omnium quidem.
De arismetica librum vnum Inter omnes
De geometria librum vnum Te cognoscẽs.
De topicis differentijs. Libros tres.

Jacobi Gualle Jurecōsulti Sanctuarij Papie Liber quintus.

De Astulfo Rege Longobardorum conditore sancti Marini: ipsiusq; templi reliquijs. Cap. I.

Stulfus Rex Lymprandū sequitur: quoniā & ipse bello strenu9: & ferox superata potentioribus armis Roma: atq; Rauenna: inde plura sanctorū corpora: de quibus infra Ticinum transtulit. Ad quorum cultuz: & veneratione sacra errexit templa: atq; virginum Monasteria: in quibus proprias etiaz filias ꝯsecrauit. Qui licet in sui regni principio: calescente iuuentute non ea frenaretur moderatione: qua Regem decet: succedente tamen etate magis matura: alta mente considerans: ꝙ principum insipientia perduntur populi: quorum iniustitia: & populorū iniquitate: ac perfidia deo execrabili: in cuius manu sunt omnium potestates: agente ingentem regna transferuntur: tantum ingenio: prudentia: ac consilio valuit: non soluz in rebus externis: verū etiā & domesticis: vt quedam edicta longobardorum in legum formam retulerit. quo ipse Rex: in cuius corde tanꝙ in arce celesti iustitie stationes debent esse armate: contineret populos sibi subditos in pace ac mutua caritate: q̄ nulla gratior hostia deo offerri pōt. Regnauit itaq; Rex ipse Astulfus annis septem: mortemq; obijt anno salutis quinquagesimo octauo supra ducentos: & sepelitur eo in sacro templo sub nomine omnium sanctorum: modo autem diui Marini ab eo erecto. Eorum vero sanctorū corpora supra memorata. Hic infra conscribuntur: scilicet.

Uitus.
Modestus
Crescentia.
Bernabas apostolus
Marinus: ⁊
Leo fratres.
Anastasia.
Cecilia.
Eufrasia.
Eufrasia item alia
Febronia.
Innocentum nouem corpora veneranda: ac brachiũ sancte Margarite virginis.

Que quidem sacratissime reliquie: peruetustis attestãtib⁹ Papie cronicis: ea in sacra ede tali ordine recondite fuerunt.

Nam imprimis in maiori altare. Uiti. Modesti. atq₃ Crescẽtie.

In archa confessoris. Bernabe apostoli: ac fratrum: Marini scilicet: ⁊ Leonis.

In arbca autez secus altare deorsum a maiori: Anastasie Illustrissime: Brachiumq₃ Margarite sanctissime.

In archa quoq₃ iuxta murũ a parte dextera prope altare. Cecilie sanctissime: atq₃ Febronie.

In muro vbi inscriptus est lapis: alie Eufrasie regie filie.

Demum in altare medio ecclesie. Innocentum nouez corpora veneranda.

Modo vero vbi eiusdem tam preciosi Christi thesauri: sacre scil₃ reliquie: habeãtur: intelligatur a Monacis eiusdem diui Marini monasterij: in quoruz tunc erant manibus: quorumq₃ religiosa custodia omni fide erant saluanda: qui etiam vsq₃ ad columniã porfidem: que in eadem ede pro re preciosa ⁊ antiqua habebat̃ in partes perfractaz: ⁊ ne videretur capsis inclusam: ad Ticini amnẽ detulerunt. quorsum deferendam: dicant ipsi. Que quidem columna: deo nolente id ocultum remanere: a Ticinensibus ciuibus fuit detecta: ⁊ in ripa eiusdem fluminis comperta.

Pro veneratione tamen celitum ipsorum: quorum pijs suffragijs apud celestem eternum nostrum parentem indulgentissimũ assidue iuuamur: ⁊ si minimam meritorum suorum partem attingere me posse sententiam: quoniam ingenioli mei vires excedunt nimiũ. Uerũtamen de eis sicut de ceteris presentis opusculi: ꝓ posse solito desiderio prosequar.

De sancto Vito. Cap. II.

Vitus impri mis natione siculus cuz Modesto: ac Crescentia suis nutritorib⁹ tumulati in maiori altari: dum etiaz puer esset mirandis virtuti bus polebat. ⁊ natus in Sicilia a parēte sacrilego temptatus: vt a christi fide recederet: nolēs parētis perfidis suasionibus parere: grauissimis penis ceditur. At cuz grauiora passur⁹ esset: premonitus ab angelo ad Notagritanuz territorium nauigauit. ibidem autez incogniti orationibus: ac vigilijs vacantes: prodente demone: perducuntur ad Dioclitianuz: cuius filio a demone obsesso curato: postea cum nolent idola colere: sȝ in christi fide permanere: varijs tormentis torquent̄. Nam preter carcerem: ⁊ vincula ferrea: picem in olla succensaz tulerunt: atqȝ rasinam. demum cuz in catasta extenderent̄: in celum Vitus eleuans oculos voce anxia exclamauit. Domie deus meus libera nos. ⁊ statim angelus domini eripuit eos: ⁊ perduxit iuxta Syler fluuium. Cum autem ibidem essent pie orarunt: vt dominus eorum animas in pace susciperet. deus autem ad orationes suas misericordie aurem inclinans: illico tam pia acta oratione expirarūt: celoqȝ ad eterna gaudia gloriosi suscipiuntur. Quis modo hunc Vituz puerulū: quod est magnum fidei nostre argumentū inuicto animo tot: ⁊ tanta cum socijs pro christi fide tormenta ferentem dignis extollere posset laudibus? Merito igitur magnis preconijs eum celebrat sancta mater ecclesia.

De sancto Barnaba apostolo. Cap. III.

Barnabas

Arnabas

item apostolus natione Cyprius: vt sacra actuum apostolorum refert hystoria: solum quem habebat agrũ vendens ei⁹ precium obtulit ad pedes apostolorum. et ob maximã eius sanctitatis virtutẽ cũ Paulo doctore gentium ab apostolis et ipse apostolus ordinatur: ab quibus accepta benedictione in Antiochiã cũ Paulo ad predicandũ dirrigitur. Verũ ibidẽ tanta claruit doctrine gratia: sanctitate: ac signis miraculorum restituendo sanitatem multitudini infirmorũ: q̃ populi eum Ioãnẽ a iuuando vocabant. Paulum autem virtute sermonis in omnium admirationẽ predicantẽ mercuriũ predicabant: cui: et Barnabe: sacerdotes gentilium veluti dijs sacrificare volebant. At viri ipsi diuini tam execrandum idolatrie scelus detestantes: scisis tunicis prosilierunt in publicum alta voce clamitantes. Quare id nobis agitis: qui vt vos ipsi mortales sum⁹ homines? Renunciate his vanis idolorum culturis: et cõuertimini ad deum: qui fecit celum et terram. Inde statim discedentes hyerosolimas properarunt. At Barnabas ꝑpter Marcũ discipulum cũ eo venit in Cyprũ: vbi anunciando verbũ dei stupenda eloquij virtute populos dirrexit in salutis viam. Postea vero iubente Petro Longobardiã veniens. Mediolanũ et vniuersam cisalpinã galliã vna cũ eiusdem discipulis euangelica doctrina: miraculorum claritate: ac sanctitatis operibus ad fidem christi populos conuertit. vnde Lõgobardi multum deuotionis illi debent: precipue Ticinenses: apud quos sue venerande reliquie suum habent domicilium. Demũ quoniam longum esset eiusdem diui apostoli inumera sanctitatis opera contexere: ad exitum me vertã: Cyprũ tandẽ rediens apud Salaminã nihil pretermisit ad augẽdã christi fidem. Et cũ multos sanaret solo cõtactu euangelij diui Matthei apostoli. Quod cum miranda

veneratione secum semper deferebat. Ante vero diui Petri martyrium diuinus ipse apostolus gloriosum martyrium: confitendo christum: cōstanti animo vsq; ad emissionem spiritus consumauit.

De sancto Marino atq; Leone. Cap. IIII.

Arin⁹ atq; Leo supra memorati: tpe Diocletiani Dalmatia Ariminū veniūt: ad op⁹ fabrice eiusdem vrbis restaurande. Leo vero eo in opere duob⁹ consumptis annis: ad montem felicianum: scilicet ferratum: ꝑperauit: quo melius diuino cultui vacare posset: ⁊ ibidem constructo oratorio sanctitat] operibus vitam suaz agebat. At Marinus quoniam robustus erat corpore lete perseuerauit i eo opere. Dū autem in huiusmodi laboribus se exerceret: mestos laborātes ꝑcipua charitate solabaẗ. ⁊ si que inter eos furebant lites pie dirrimebat: quo eos i pace contineret. ⁊ consumato opere: quos poterat ad fidem christi cō uertebat. Dum vero Marinus ipse in huiuscemodi sanctitat] operibus versaretur: impudica quedam mulier sulcando maria dalmatia Ariminuz perrexit. Que palam affirmabat Marinum sibi maritum: ⁊ voce alta exclamabat: O Marine marite hanc tuam infelicem gratiose suscipe coniugem: tunc animaduertens vir dei tartarei hostis taz manifestas insidias: inquit. Exurgat deus: ⁊ dissipentur inimici eius. At illa effrenata rabido furore succensa: properat ad vrbis presidem: coram quo coniugij deflet causaz. Ma-

rinus autẽ saluti sue consulens: vrbe relicta petit solitudinez: ⁊ ibidem diuo Petro edificat oratorium ieiunijs vacans: ⁊ orationibus. At mulier coluber eum est secuta: ab quo contempta in vrbem redijt. Et dum in populi frequentia in dei viruz detestandas iniurias euomeret: ecce ꝙ diuina vltione perempta ruit ad iferos. quo tam manifesto viso dei iudicio multi ad fidem christi conuertuntur.

Filius quoqꝫ cuiusdam vidue Marinum cruenta cede volens interimere: illi illico dei iudicio arida membra efficiuntur. Sꝫ postmodum matris precibus: pia Marini oratiõe: pristine restituitur sanitati. quo viso vidua cuꝫ filio memorato oratorio magnuꝫ offerunt terre ambitum: ⁊ ad fidem christi conuertuntur. Ursus iteꝫ famelicus Marini aselum vorauerat: qui sola eiusdem increpatione per omnia aseli patienter ferens onera viri sancti obsequio se dicauit. Demũ Roma Ariminuꝫ veniens quidam magnus prelatus nomine Gaudẽti⁹: virtute: ⁊ sanctitate vir cõspicu⁹. Audita Marini atqꝫ Leonis mirãda religione eosdem ad se euocauit: ⁊ Marinum ordinat in leuitam: Leonẽ autem in p̃sbyterũ: ab quo pessimi Maximiani scisma est ꝓphetata. Postremo ãbo clari miraculis ⁊ sanctitatis opib⁹ bt̃i celo suscepti eterna felicitate fruuntur.

De sancta Anastasia. Cap. V.

Nastasia quoqꝫ romana matrona Illustrissima: vxor Publij viri potentissimi: virtute eximia: ac litteris haud mediocriter istructa: cuiu⁹ multe celebres: ⁊ graues extant epistole ad Grisogonum ab quo christiana fide fuit p̃clare erudita: cũ essꝫ traddita viro: quãta in deuz sua esset deuotio hoc vno qđ vno ẽ memorabile argumẽto pꝫ. Naz

ingressa thalamum cum viro egritudine finxit se infectam: quo suã (vt egit) illibatam seruaret virginitatem. Publio postea mortuo: quoniam erat valde formosa: prefectus vrbis impatiens libidine: voluit eam violare: verum merita dei vltione obcecatus: eam intactam reliquit: quam tamen in carcerem violenter tractam iussit includi: in quo Theodorus martyr gloriosus: cui illa plurimuꝫ erat deuota: celesti dape eam sustentabat. Demum cũ ducentis virginibus apud insulas palmarias in exilio relegatur: ꝛ ibidem cum ipsis truculentissime gladijs interficitur. Uerum religiosa mente in Christi fide accensa: vsqꝫ ad emissionem spiritus ꝯstantissime perseuerans: glorioso martyrio celestibus gaudijs fruit̃ sempiternis.

De sancta Cecilia. Cap. VI.

Cecilia pariter virgo romana nobilissima: eximie pulchritudinis: ꝛ venustissime forme: at longe pulchrior sanctitate: moribus: ꝛ pudicitia: que vnica parẽtibus filia cum regijs diuitijs nupsit Ualariano viro pariter nobilissimo. sꝫ infideli: cui cũ desponsaretur: cilicio clam vrgebat̃: desuper autem preciosis gẽmis: aureis vestibus: ꝛ multis iocalibus adeo decoraba tur: ꝙ aspectu ꝛ pulchritudine ꝛ sensu verborũ similis non esset ei. Cum autem cum sponso thalamum esset ingressa: quod est stupor virtutis feminei sexus: contemptis carnis illecebris voluptatibus: cum transeuntis mũdi perbreui: ac vana gloria: ꝛ forti animo celestia querens: sponsiqꝫ sui saluteꝫ tota accẽsa diuina charitate tanta eloquij gratia cum eo est locuta: ꝙ sponso ad fidem Christi ꝯuerso vnanimiter ambo deo mentem consecrarunt: pariqꝫ voto decreuerunt illibatã virginitateꝫ: ꝛ Christi fidem inuicto animo seruare:

neq; acerbissima formidare tormenta: nec ipsam deniq; mortē cruentissimam. Quibus tam sancto proposito cōfirmatis angelus domini (vt sua sacra refert hystoria) miro splendore refulgens pro immortali eorum gloria eorum capiti duas lilij coronas apposuit. Postea memorato voto detecto Cecilia ad Almachiuz vrbis prefectum ducitur: quo imperante ⁊ ipsa nolente idolis imolare bullienti balneo imergitur: vbi diuina operante virtute nullaz sensit lesionem. Prefectus autem excandescens magis in iraz iussit caz capite truncari. Illud itez tam horridum tormentum diuina largiente gratia mirabiliter superauit: adeo ꝙ spiculator cunctis adhibitis viribus tribus etiā ictibus virgini obesse non potuit. Viso demū tam manifesto dei miraculo Cecilia liberatur: triduo vero superuiuens cuncta que habebat erogauit in pauperes. Postremo Urbano pape sic inquit: Pater sancte quos ad Christi fidem conuerti: tue beatitudini deuote cōmendo. Et vtrasq; in sublimi erigēs palmas ait. Triduanas a domino impetraui inducias: vt has edes meas consecrares in ecclesiam: quod vt agas supplex oro. Quibus dictis ⁊ actis in celum misit spiritum: ad eterna celestis thesauri p̄mia percipienda secum reportans perpetuum triumphum.

De sancta Eufrasia. Cap. VII.

Ufrasia sequitur virgo: genere: ⁊ virtute preclara: Antigono nata parēte apud imperatorem Theodosinm seniorem: viro insigni ⁊ prestantissimo: matre autem codez nomie. s. Eufrasia religiosa admodū ⁊ timēs deū. Hec virgo cū esset parentib⁹ orbata zelo religiōis apud Alexādriaz se ꝯtulit ad celeberrimū monasteriū: vbi ma

gno spiritu vacauit ieiunijs: orationibus: diuinisq; meditationib⁹: quibus magnam gratiam lachrymarũ consecuta est: et omni deside- rio: pura: deuotaq; mente diuino cultui inseruiens: ad trigesimum vsq; sue etatis annuz enitens virtutibus et sanctitatis operibus ac signis miraculorum: tandem presente abbatissa et sororibus: facie radijs radiante in suo vite exitu: gloriosum Deo reddidit spiritũ.

De sancta Eufrasia ac Febronia virginibus. Cap. VIII.

Ufra, sia itez alia cũ Febronia illu stres virgines ille esse ferunt: quaruz gratia ab Astulfo rege eorũ parente: tẽ plum supra memoratum cũ ze- nobio est edificatuz: multisq; ve nerandis sanctoruz corporibus illustratum. Que quidem sacre virgines forti animo celeste re- gnum querentes et terrenum de- spicientes: ac caducam gloriam trãseuntis seculi: relicto lato re- gio atrio cum eiusdem diuitijs: honoribus: et illecebris corporis voluptatibus: potius in sancto monasterio esse decreuerunt: i quo vitia fulminant et erigũtur virtutes: in quo deniq; opus est hoc cor pusculum: quo putrido claudimur carcere: ieiunijs: vigilijs: cilicio: ac verberibus affligere: quibus tartaree tentationes et spirituũ ma lignantiuz assidue pugne strenue superant: quoniã monachi qui ful minatis vitijs diuino amore extuãt: vnanimiterq; tẽdunt ad deũ: castra censentur angelorum: et etiam in terris paradisi sentiunt odo rem. Mente itaq; deo in zenobio religiose ꝯsecrata: sancte ipse vir

gines diuino cultui solum erant intente: vacantes die noctuqꝫ orationibus: lachrymis: ⁊ sanctitatis operibus. Omnis eorū meditatio siue sermo de religione erat: de contemptu mundi ac pietate: ⁊ de timore dei ac proximi charitate ⁊ celesti patria. Sicqꝫ in omni sanctitate consumarunt omnem vite cursum. ¶Per eas igitur virtutum ⁊ sanctorum operum schalas ascendentes: ad tam diu concupitum supra memoratum supernum regnum inter choros deniqꝫ celestium candidarum virginū eterna felicitate fruuntur.

De sanctis Innocentibus. Cap. IX.

Anctorū postremo nouem innocentum veneranda corpora medio eiusdem sacri templi ibidem in altare reposita nota sunt merita: quoniā pro Christo cruentam necem ferentes: in eorum sanguine ⁊ martyrio baptizati: candore purissime sue innocentie radiantes sedulo in excelso celi sub solio secuntur agnum scilicet Christū celestem regem parentem nostrum indulgētissimum.

Em-
plum supra
memoratū
olim omniū
sanctorum:
modo autē
sci Marini: ab eo rege Astul
fo erectū: primo fuit dicatū
sacris virginibꝰ: postea vero
monachis sci Benedicti: nūc
demū pariter monachis dī-
ui Hieronymi: cuius preconia
nullo eloquentie etiā ingen-
ti flumine quantum deceret
minime celebrari possent: si
illustrissima eius vita in sub-
limiori sanctitatis arce collo-
cata recta mente consideretur. Nam relicta seculi gloria precipue
Roma vbi radiabat celsa cardinalatꝰ dignitate: petulātia clerico-
rum: anno sue etatis trigesimo: post multas malignantium execran
das persecutiones diuino accēsus amore: bethleemica rura est se-
cutus: ⁊ ibidem effectus socius scorpionum: atq͂ ferarum in vastissi
ma quadam heremi solitudine mortalibus horrenda vitā ducens
asperrimam: carnem suam solis ardoribus nigredine ethiopi effecit
simillimam. Si item eiusdē maximos studiorū labores: zelo fidei
⁊ christiane religionis: quos tulit immensos: ex hebreo bibliā in la-
tinum vertendo eloquium: ac īnumera alia librorū volumina. Nā
quod mirum in modum est stupēdum: quinquaginta annis summis
ipse atq͂ necessarius celsissimus doctor ecclesie: cui in interpretādis
sacris scripturis: in quibus scribendis plus olei consumpsit q͂ȝ vini:
nemo comparari potest: vsq͂ ad senium insudauit: decrepitā scilꝫ
etatem. Et Damaso papa instante epistolā atq͂ euangeliū ꝑter

cescente: ca3 celestem visionem clero: vniuersoq3 populo i missaru3 solemnijs reuelauit: adhortaturq3 omnes ad super omnia diligẽdum celestem eternum patrem indulgentissimum: ad mutua3 dilectione3: carne3 mũdũq3 vincendũ: ⁊ omni spiritu: ⁊ opere celestia iquirendum. Deniq3 sacra manu sua cunctos benedixit: orans pientissime almam celi reginam: cui mira deuotione deditissimus erat: vt eternis celestibus gaudijs omnes secum perfrui possent. Deinde ad suum rediens atrium: ⁊ superueniente aliquali egritudine i celu3 ad perbeatas sedes eternas emisit spiritum: post eius pontificatu3 anno tertio supra decimu3: Sepelitur q3 pastor ipse optimus: mirãda pietate: doctrina: ac sanctitate: signisq3 miraculorũ vndiq3 conspicuus ea in basilica eximia funeris veneratione: tota deflente Ticini patria: tãqua3 proprio orbata sanctissimo parente. In qua q-dem basilica vir ipse diuinus memorabile3 quandã asserebat adesse indulgentiam eidem celesti voce anunciata3: dum oraret in cimiterij sacello: que quoniã erat imensa soli deo notam testabatur: maio s. mense sue cõsecrationis die per omnẽ octauam: ac primã: secũdã: ⁊ tertiam: in omni euo feriam. Quod quidem sacellum ab Asprando rege Luitprãdi iclyti regis patre fuit erectũ i dei: diuiq3 Adriani honorem.

In eiusdem Asprandi laudem hi extant versus.

Asprandus honestus: moribus: prudẽtia: polẽs:
Sapiens: modestus: patiens: sermone facundus.
Astantibus: qui dulcia: faui melis ad instar.
Singulis promebat de pectore verba.
Cuius ad ethereum spiritus dum pergeret axem:
Post quinos vndecies vite sue circiter annos:
Apicem reliquit regni prestantissimo nato.
Luytprando inclyto: ⁊ gubernacula gentis.

Datum Papie die iduum Junij indítione decima.

De Cõperto Rege ꝯditore sci Seorgij in mõtefalcone. Cap. II.

Compertus Rex quoniaꝫ heroicis virtutibus multũ pre-stabat: merito ꝓcipuis laudib⁹ est extollẽdus. Naꝫ Paulo hystorico attestãte ob eius mirandam bonitatem cunctis erat ama-bilis: ac gratiosus: iustitiaꝫ etiã colebat: at imprimis christianam religionem: vt infra patebit. erat item liberalis: ac elo-quentia: ingenioqꝫ clarus: clemẽs admo duꝫ in oẽs: maxime in subditos. rei deni-qꝫ militaris strenuitate: consilio: ⁊ prudentia quantuꝫ floruerit: no-uit Alachis eius hostis: cum quo dum de regno Longobardorum inter eos ageretur: ⁊ seua bella essent habita: denuo belli pugna esseꝫ statuta: pius ipse princeps propria exposita vita: quo saluti popu-lorum cõsuleret: mandat Alachi per hec verba. Ecce quantus po-pulus ex vtraqꝫ parte consistit: quid opus est vt tanta multitudo pereat? ꝯiũgamus nos ergo singulari certamine: ⁊ cui voluerit do-minus de nobis donare victoriam: omnem hunc populuꝫ: ⁊ incolu mem: ipse possideat. Veruꝫ Alachis pre pauore ad certamen ve-nire renuit. Unde postea maius bellum qꝫ vnqꝫ fuerit instauratur: congresseqꝫ sunt vtrinqꝫ armatorum copie: quo quidem seuissimo belli congressum cedes magna secuta est. Demuꝫ fusus est Alachis exercitus: ⁊ ipse infelix Alachis cruento perfossus gladio cecidit: ca putqꝫ illi truncatur. Unde ea bellica clade Compertus: adiuuante domino: clarissimnm victorie triumphum reportare meruit. Exer-citus autem Alachis cruenta eiusdem morte territus: ⁊ destitutus omni spe salutis versus Abduam fugam arripuit: in quam nimiuꝫ repente irruens: quos mucro nõ perculit: Abdua fluuius interemit. Postmodum Compertus cum ingenti gloria: ⁊ triumpho Tici-num ingreditur: cui populus magno exultans gaudio obuiam iuit:

tũcq̃ mira animi iocõditate atq̃ affectione suscepit. Ipse vero q̃ christianissimus princeps: propter sibi prestitum a deo victorie donum in campo coronate: vbi parta est victoria: qui eo tempore situs erat extra: ꝛ prope peruetusta vrbis menia: diuo martyri Georgio in montefalcone nũcupato templũ edificat: quez dũ vixit in p̃cipuũ patronũ semp̃ babuit. Hic deniq̃ optimus rex: nullo religionis: clementie: iusticie: probitatis: virtutis: bonitatisq̃ exemplo pretermisso: cum potitus esset longobardorũ regno: annis duobus supra decem: felici pace: ꝛ bona gratia suorum populoruz: ipsis collachrimantibus defunctus sepelitur regio funeris bonore in antiquo regum sepulchro diui scilicet Saluatoris: ab auo suo rege Aripto extructo. Quo autez anno interierit: Paulus bystoricus non refert: sed solum eum memorat coetaneum diui Damiani pontificis ticinensis: qui obijt ãno salutis quinquagesimo: ꝛ tertio supra quadrin gentos. Ipsi namq̃ optimi viri: Damianus primo eminenti doctrina: virtute: ꝛ sanctitate: Compertus postea beroicis virtutibꝰ reiq̃ militaris prestantia vno tẽpore floruerunt. Qui pro salute tã grate sibi Ticini patrie: dum seua pestis vniuersum populum adeo extinxisset: vt per vicos ꝛ plateas berba esset falce resecanda: ingẽti permoti cõmiseratione atq̃ sollicitudine: venerandas diui Sebastiani reliquias: Roma Ticinum deferri fecerunt in sacram edez sancti Petri ad vincula. Cuius quidẽ gloriosissimi martyris meritis: ea tam seua clade Papia liberatur. de quo tamen latius supra in sacra diui Damiani bystoria habetur.

De sancto Mauritio ac Eusuperio cum Innocente vno in ede sancti Matthei iacentibus. Cap. III.

MAuritius: atq; Eusuperius milites armate militie ex thebana sūt oriundi ciuitate apud orientales celeberrima: supra Nillū posita vltra Arabiam: a Jacobo apostolo domini fratre: christiana fide erudita: q̃ vt Plinius libro trigesimo ⁊ sexto naturalis hystorie scribit: nō solum egypti: sed totius orbis ciuitatum floruit felicissima: ⁊ maximis menibus ambiebatur: centum .s. stadiorū: portisq; centum claudebat: excelsis quoq; decorabatur tectis: speciosis itē templis: alijsq; multis preclaris ornamentis: in cuius medio fluuius interfluebat: ciusq; ciues: teste Herodoto libro secūdo apud egyptios sapientissimi habebantur. Illustratur autem ciuitas ipsa eodem Mauritio: qui a Thebano populo: apud quem ob eiusdē militie strenuitatē: fideiq; catholice cōstantiam: aliasq; egregias virtutes magno erat in precio: vnius legionis dux est cōstitutus. Eusuperius autē vexilifer: ambo magna nobilitate: ⁊ virtute prestantes: fide vero longe p̃stātiores. Hi nāq; ad Maximianū augustum mittuntur in eius auxiliū. Dū vero iubente Maximiano ad trucidādos christianos ꝑ euertenda ⁊ delenda christi fide destinarent: parere noluerunt. Unde indignatus Maximianus varijs cruciatibus eos cedi fecit. Sed ipsi in fide ꝯstātissimi: alios etiā multos ꝑ fide magno spiritu ad martyrij palmā exhortabant. Ad vltimū strenui atq; illustres ipsi The-

bani christianissimi: glorioso ignis martyrio in arce celi ppetuū meruerunt triumphū. Quorum corpora cū vno sanctorū Innocente i basilica alme pietatis edis: diui. s. Matthei decenti loco sepulta: precipua veneratione coluntur. Ibidem autē nobile atq̃ magnificum est hospitale ere nobiliū Papie ciuiuz erectuz: ⁊ multis predijs ditatū: pietatisq̃ vexilla pandit in pauperes decūbentes: tā exteros q̃ proprios etiaz ciues: ⁊ ꝓfusam exhibet beneficentiā: in cuius quidem fronte sub veneranda pietatis imagine marmoreo lapidi hec carmina inscribuntur.

Hoc pietatis opus confert hec regia quondam.
Urbs pia: clara viris: pauperes alma domus.
Accipit hic eger medico curante salutem.
Uiuit inops tutus: hic viget vna fides.

Ingredientes autē eiusdez alme pietatis edis eximiam nostram societatē: ad pauperes pauperūq̃ patrimoniuz iuste regendū: Syxti sexti summi pontificis priuilegijs: item ⁊ alijs magna salutis venia donantur: que non multū ab apostolico iubileo differre videnť: cum cōmutatione quorūcunq̃ votorum. Roma terra sancta: diuo Jacobo in compostella: ⁊ religionis ingressu dūtaxat exceptis. Naz dum Syxtus ipse apud Ticinuz in minoribus ageret: hospitaleq̃ ipsum sepius iuisceret: ⁊ videret ibidē pietatis opera ac studia hospitalitatis tam feruenti charitate diffuse exerceri: ⁊ mirifice impleri: postea dei suggerente gratia euectus in sublimiorez totius orbis: Petri sedem: ea memoria repetens: motu ꝓprio: vt sua ad verbuz referunt priuilegia: ⁊ non ad alicuius oblate petitionis instantiā: huiuscemodi salutis munera pie ac gratiose cōdonauit: ad eternaz rei memoriam: ⁊ eā ingredientibus societatem indubitatā salutem.

De sancta Simphoriosa cum septez filijs in templo sancti Eusebij iacente. Cap. IIII.

Simphoriosa Getuli vxor prestantissima: ꝑ catholica fide in tiburtina ciuitate primo palmis durissime ceditur: deinde crinibus suspenditur: demum molari saxo collo alligato iactatur in torrentē. Sz in Christi fide permanens fidelissima: vsqꝫ ad emissionem spiritus: ad perbeatas sedes in celuz ipsum efflauit spiritum. Cuius quidem corpus Eugenius germanus suus: vir magnificus sepeliuit. Post cui⁹ interitū imperator eiusdē Simphoriose septē filios: Crescentiuz.s. ac Julianum: Nemesium: Primitium: Justinum: Statenum: ⁊ Eugeniū diuersis supplicijs pro fide mactari fecit. Quorum corpora a christianis sepulta: modo cuz matre Simphoriosa in basilica diui Eusebij vno sepulchro tumulātur. Felices inquaz matres: Felicitas scilicet: ⁊ hec Simphoriosa: que bisseptem filijs glorioso martyrio secum cōsecratis: in excelso celi atrio modo eterna felicitate perfruūtur. Felix quoqꝫ Papia tot: tantisqꝫ celestibus thesauris illustrata: maxime superius memoratis duabus cum perbeata prole diuis matribus: cum in orbe terrarum alibi ꝑsimiles suum habere domicilium nescio si ferantur.

De sancto Abdone ꝛ Senone in sancta Maria noua iacentibus. Cap. V.

Abdō ꝛ Senon magna nobilitate viri subreguli ꝛ oriūdi ex Corduba persaruꝫ vrbe: cū superata a Decio imperatore Babilonia cuꝫ alijs multis ꝓuincijs: in Corduba ipsa christiani trucidarētur: fatentes se christianos: vincti cathenis Romam perducunt̄. Qui post carceris squalorem trahuntur ad idolorū simulacra colenda. Sꝫ ipsi in fide Christi magno spiritu ꝯfirmati: in ea spurca portenta expuebant. Tunc rabido furore feris leonibus vorandi iactantur. At ipse fere virtute operā te diuina: omni feritate omissa Christi seruis blandiebantur. Quo viso: post varia tormenta: tandem capite truncantur. Eorum veneranda siquidem corpora Roma Ticinum delata in sancta Maria noua tumulantur.

De sancto Nemesio ⁊ Senestrosio in sancti Laurētij sacello iacentibus. Cap: VI.

Emesius diaconus: ⁊ Senestrosi⁹: Ualeriano: ac Galieno regnantib⁹: ⁊ christianos persequentib⁹: dum Rome spectante populo ad idola colenda ducerētur: constanti animo ea cultura reiecta ipsa idola adorare contempserunt. vnde multis variisq; cesi tormentis: nunq̄ potuerunt a Christi fide diuerti. Postremo cruento necati gladio: ⁊ martyrij palma adepta in arce celi eterna felicitate modo letantur. Quorum quidez sacra corpora Roma. Ticinū delata: in sacello incylti martyris Laurentij in verzario: de canibus postea nuncupato: fideliter seruātur atq; venerantur.

De sancto policarpo iacente in ede Trinitatis. Cap. VII.

Olicarpuz Smirnee vrbis pontificem: Eusebius cesariensis ꝺ temporibus refert tempore Trayani imperatoris magna sanctitate claruisse: catholica item doctrina: ⁊ miranda virtute cum Jgnatio Anthiocene ciuitatis: ⁊ Papie hieropolitane vrbis episcopis. qui Joannis apostoli ⁊ euangeliste in sanctissimis operib⁹ christianis fuit

coadiutor. Hic nãq3 vir diuinus qui nõ tantum Smirenam vrbe3: sed etiam in tota minori Asia: multa regna: multasq3 ciuitates: varIosq3 populos ab idolorum cultura ad veram Christi fidem conuertit: pater: ac pastor: atq3 princeps ibidem sanctissimus enituit: cuius epistole ad philipenses leguntur. Demum veniens Romam dum verbo ⁊ exemplo multos reiecta idolorum cultura ad catholicam direxisset fidem: iubentibus Marco antonio: ⁊ Lucio tunc regnantibus: satellitibus eum in via continue verberantibus: cu3 magna ignominia ducitur ad Amphiteatrum vbi vniuerso personãte populo pastor ipse tanta sanctitate conspicuus: diuinorum operu3 clarissimus: cunctisq3 virtutibus admirãdus: igni tradditur: ⁊ extinguitur: cuius quidem sacru3 ac venerabile corpus cũ lachrymis ⁊ veneratione a christianis sepultum: postea Roma Ticinum delatum: in subterraneo sanctissime Trinitatis basilice oratore decenti loco tumulatum modo colitur.

De sancto Foliperto abate in oratorio Annunciate. De sancto Petro diacono in ede sancte Marie perroni. De scõ Aldo hereremita in sacello sancti Columbani: iacentibus. Cap. VIII.

Ant ⁊ alij sanctitate conspicui Folipertus. s. abbas: cuius sacrum corpus in oratorio sacrarum religiosa4 monasterij Annunciate est reconditu3. Petri quoq3 diaconi: cuius ere basilica canonice perroni (vbi quiescit) est erecta. Demu3 ⁊ Alde heremite iacentis in sacello diui Columbani: quorum sacre hystorie: quonia3 in manus non peruenere: sua vt alioru3 merita contexere non debui. qua scil3 sancta mente: fide pura: charitate perfecta: coram deo incederent: castitatem seruarent: sequerentur iusticiam: virtutem: orationẽ: ieiunium: fletum: pietatem: atq3 hospitalitatem. ⁊ quẽadmodum in certamine mundi pugnãtes: ac pro Christi amore: caput antiq serpentis fortiter conterentes: pellagus peccatorum: iniquitatumq3 abyssum strenue conculcarunt. quibus tandem persecutionibus: ⁊

tribulationū fluctibus per sanctas virtutum scalas sublimati sint ad perbeatas celestes sedes:que quidem sanctoꝝ preconia duꝫ celebrantur: deus q eos de tenebris vocauit ad lucē:glorificatur: primus autē: cuius magno cordis affectu salutem ꝓcurare debemus: edificatur. Non conceditur igitur ea cōtexere:ne:quod absit:a luce veritatis:qua cuncta scripta illustrant: discedens:falsitatis caligine presens opusculum obtenebretur.

De sancto Gunioforto. Cap. IX.

Gunifort⁹ inclytus martyr i hoc sanctorum opusculo vltim⁹ sequitur: nō sanctitatis vltimis meritis:cū solus etiā satis superqꝫ sufficiat stupendis deitatis gratijs:quib⁹ mirifice claruit: ad illustrandā hanc Ticini vrbem:ad quā diuino nutu totus vndiqꝫ cōfossus vulneribus ꝓperauit:quo ibidē sancte eiusdem reliq̄e p̄cipua veneratiōe colerentur. Gunifortus igit̄ scotia gente natus:nobili genere:gigāteoqꝫ corpe:cū apud eā scotiā gētē aduersus xp̄ianos magna fureret ꝑsecutio:sibiqꝫ eēt cordi ꝓ xp̄o mori:ꝛ altū sue mentis votū videret potentia sue nobilis familie in ꝓpria patria ipeditū iri: cū frē Guniboldo:ac duab⁹ sororib⁹ prexit in germaniā:vbi xp̄iani varijs tormētis occidebant̄. Vñ vt eorū votum pducerēt ad effectū: xp̄i fidei flāma incensi magno spū xp̄ianā p̄dicabāt fidē. Tūc capiūt̄:ꝛ supplicijs crudelr cedunt̄. Vñ dei opāte virtute saluant̄ ipsi frēs. Sorores autē genere ꝛ forma speciose: speciosiores v̄o fide ꝛ virginitate:zelo diuini amoris supata femiea fragilitate:accedēte q̊qꝫ frūꝫ pia exhortatōe:oculis ꝛ manib⁹ i celū itētis:xp̄ꝫ ꝯfitēte cruētissima cede martyrij palmā adipiscunt̄. Quib⁹ tā ipie peremptis:Gunifortus:Guniboldusqꝫ frēs ide discedētes

superatis alpibus: descendunt in Italiam ad Cumarum vsqꝫ ciui
tatem. vbi etiam christiani crudeliter mactabantur. Tunc ibi alta
voce ad populum Christi fidem extollere ceperunt multos etiã quo
poterant spiritu ad martyrij coronam accendebant. Uerum Su-
niboldo tantum capto: cruento necatur gladio. Suniforꝫtum autẽ
illesum abire sinunt: quo terrore fratris cruenta visa nece culturã
desereret christianam. Eo igitur sic abeunte Mediolanum versus
lachrymis mesta per ora cadentibus suam magnã deflebat infeli-
citatem. ꝙ primo sorores: postea frater martyrij triumpho in celi
atrio iam eterna felicitate fruerentur: ꝛ ipse infelix in hac misera se-
culi fece esset derelictus. Sic enim grauiter ingemiscens Mediola
num ingreditur: vbi quoqꝫ christiani per diuersa tormenta trucida
bantur. Tũc vero strenuus Christi athleta: in cuius pectus deus lu
men veritatis infuderat: quoniã diuini nominis verus erat cultor:
sublimi voce cuncto populo intemerate fidei veritatis adeo perlu-
cida argumenta cepit predicare: ꝙ ei resistere nõ poterant. Nec ta-
men ab heretica perfidia ad veram dei religionem conuertebãtur:
at magis rabido furore furebant in eum. Ad vltimum martyr in-
clitus Suniforꝫtus a proteruis arrianis extra Mediolani vrbem
crudeliter trahitur: ꝛ ibidẽ tot: ꝛ tantis furentibus sagitis crebris
vulnerib⁹ perforatur: ꝙ procadauere media in via iacens: magnis
confessus vulneribus: sanguine vndiqꝫ fedatus seuissime relinquit.
Sed dei prouidentia: que pro suo sancto nomine fideliter certanti-
bus diuino presidio semper asistit: vitalis spiritus illi conseruatur:
vt in vrbe christiana ad sibi designatum christianum sepulchrũ p-
uenire posset. Itaqꝫ Suniforꝫtus anima paululũ redeunte: eleuato
capite: videns carnifices abesse: quo potuit gressu porrexit ĩ Papiã:
vbi domino largiente: quantum diuinis stupendisqꝫ gratijs in fine
claruerit: dignũ est cõmemorare: vt per hec verba sua sacra refert
hystoria. Nolens deus tam gloriosissimum corpus ꝓ suo nomine
sic afflictum: sic vulneratum Mediolanensium ciuitatẽ retinere:
velit in nobilissimam ciuitatem Italie nomine ĩ Papiam. Et cum
in predictam ciuitatem peruenisset totus percussus: ꝛ cum multis
sagittis ad huc in corpore suo infixis: quas ipse extrahere non po-
terat: susceptus est cum magna reuerentia: ꝛ charitate a quadam

muliere christianissima: & deo deuota. Sed tertia die moritur. Cuius quidem gloriosissimi martyris magna sanctitas: teste ipsa hystoria: his tribus stupendis miraculis toto obstupescēte populo refulxit. Primo namq; ingens splendor Angelorum iuxta corpus suum sanctissimum mirifice radiabat. Preterea vno omnium soluto cāpanarum sono gloriosus martyris transitus populo vulgat᷑. Demū ceci: item & claudi: ac leprosi: demoniaci: ceteriq; valitudinarij accedētes ad ip̄m corp⁹ venerādū cūctis curant᷑ langorib⁹. Que quidē miraculorum signa dei clemētia: & martyris meritis multa post secula in hodiernū ēt vsq; diem corruscare nō cessant.

De summa eternaq; felicitate: Deoq; opt. max. Cap. X.

Non est mirandum inclytum martyrem Guniforum: ceterosq; diuos celestis patrie ciues: eos p̄cipue qui p̄ X̄p̄o glorioso sunt ꝯsecrati martyrio: si tot p̄secutōes: cruciat⁹: & neces inuicto aīo ꝑtulerint diuine erga nos pietatis ꝯsideratōe. Quō pientissim⁹ deus noster tā latis apertisq; pietatis visceribus nos visitauerit: oriēs ex alto: vt illuminaret eos: qui in tenebris: & vmbra mortis erant. qui cum sit īmensus: infinitus: incōprehēsibilis: sūmāq;: verum: magnū: stabile. & vnicum bonū: ac Rex regnū: & oīpotens dn̄s dominantiū: ex alta illa qua cuncta circunspicit celi specula ad hos tenebrosos teterrimosq; mundi carceres descenderit in virginale vterum: quo passus est claudi. descendit inq̄ in luteū carnis nostre cui se sociauit vasculum: quo nil infirmius: nil fragilius: nil vilius: imōdiusq;: atq; abiectius. qui inumeris angelorum cateruis: ī excelso celi palatio stipatus paucis se & abiectissimus piscatoribus cōmisit. affluensq; rex oīum vbertate & opulentia: summe se subiecit necessitati: & ex potētissimo tenuissimus: ex opulētissimo egētissimus: ex gloriosissimo despectissimus: instar latronis trahi: ligari: cedi: flagellari: plagisq; atrocissimus cruētari: spinis acutissimis coronari: felle amarissimo: & aceto potari: cruci deniq; quo nullū ī terris magis ignominiosum mortis genus tam ipie affigi: pfodiq; clauis: & lācea: & demū oīum truculētissima morte mori. vt miserāde ꝯditōi nr̄e sucursum iret: vt misere sor

tis nr̄e nr̄os purgaret reat⁹: nr̄as dilueret maculas: q̄ a celo exules facti eramus. vnde ipse pientissim⁹ celestis parēs descēdit in terras pp̄ nos pudētissimos ꝛ idignissimos suos seruos: vt socios ꝛ coheredes sue celestis gloriose hereditatis reciperet. Hic hic nimirū omnium confundit mētes tantaꝝ rerū altitudo: tanta misterioꝝ excellentia: qui ignorāt exuberātissimā quā humano generi gerit charitatem: ardētissimūq̄ʒ sui amoris ignē. Ergo ipsuʒ tantū vt se depri meret solus impulit amor: adegit pietas: atq̄ʒ perstrinxit charitas. O quibus tollam verbis taʒ ꝓfluentē imēse dei bonitatis fontem. O quibus p̄dicē laudib⁹ taʒ ꝓfusuʒ exundantēq̄ʒ diuine pietatis ꝛ manātis dilectōis fluuiū: tā fluentis viue aque impetū. Quis ergo taʒ saxeus q̄ tāte dei erga nos pietatis ꝯsideratōe quascūq̄ʒ nō ferat seculi calamitates: ꝑsecutōes: tormēta: ꝛ mortes: quēadmoduʒ millia milliū tulere scōꝝ. Alij cruci sunt affixi: vt Petr⁹: Andreas: Jacob⁹: atq̄ʒ Mathias. Alij capite trūcati: vt Paulus: Georgi⁹ Cyprian⁹: Seruasi⁹: Prothasi⁹: reliq̄q̄ʒ pene inumeri. Alij sub lapidib⁹ moriunt̄: vt Jacob⁹: frater dn̄i iustus appellat⁹: Stephan⁹ quoq̄ʒ ꝛ ceteri. Alij sagittis ꝑfodiunt̄: vt Sebastian⁹: Gunifortus: Cosmas: ꝛ Damian⁹. Alij igni tradditi: vt Laurēti⁹: Mauriti⁹: Eusupius: ac Anastasia virgo illustrissima. Alij mūdū fugiētes: vt Benedictus: Antoni⁹: Jlarion: Machari⁹: cū magna monachoꝝ acie i horrida ꝛ vasta heremi solitudine scorpionū ꝛ feraꝝ socij sunt effecti. Alij carnis incēdijs supatis p̄ciosaʒ deo virgitatē: vel castā vitā ꝯsecrarūt. Alij q̄s oēs ad v̄bū referre ꝑmaxio ac isigni op⁹ eēt volumie in ꝯfessione euāgelice doctrie ꝑseuerātes: ꝓculcato mūdo: supatoq̄ʒ dyabolo: eternā illā adipisci felicitatē meruerūt: de q̄ veluti ex mare āplissimo ꝓ rei imēsa magnitudine vix minimā delibās guttulā referre possuʒ. Nā ab ipsis ēt barbaris initiū sumēs: si apō Ciceronē hoieʒ gētilē certū ē: in celo locū eē diffinitū: vt beati sempiterno euo fruant̄. Si Plato sapiētis aiaʒ putat vīculis corpeis liberatā remigrare ad deos p̄mia ꝓ meritis vite puri⁹ castiusq̄ʒ trāsacte suscepturā. Si Heremestrimegistus dicit exutus nos mundana custodia nexibusq̄ʒ mortalitatis absolutos nature superioris: ptis. s. diuine: puros sanctosq̄ʒ restitui. Si Anasagoras rogat⁹ an sibi patrie sue cura eēt? digitū in celū itēdens ꝛ mihi sūma rn̄derit.

quanta igitur spe amplissima atq; certissima nos christiani a deo eterno ad eam electi felicitatē & gloriosissimā patriaz anhelabimus & suspirabimus: vacuam siquidē dolosis pditorꝝ machinatiōibus: & hostiuz insultibus: in qua summa viget libertas: eternaq; pax: trā quilitas & cōcordia dominatur: floret quies: amor passiz cūcta plustrat: summa omniū opulentia atq; satietas: in qua tuta omnia: ac exhilerata: que tota gaudet: exultat: plaudit: atq; triūphat. A qua eterno procul exilio: tristitia: meror: dolor: plantus: gemitus: suspiria: cure: morbi: atq; egestas. procul quoq; lis: odium: rancor: suspitio: insidie: fraudes: doli: insimultatōes: criminatiōes: delationesq; pestifere: vbi nihil tectū: atq; occultū: cūcta nuda & aperta: idē velle: idemq; nolle: eadem omnium desideria & vota: cuncta vnius regis imperio concorditer parent: cuncta audiuntur: cuncta famulantur: cuncta eius ab ore atq; oculis pendent: qui vt Cleantes stoicus cum interrogaret̄: qualis deus esset: inquit: est bonus: ordinatus: iustus: sanctus: seipsum possidens: vtilis: speciosus: optimus: seuerus: liber: semper cōmodus: intrepidus: sine mestitia: sine dolore: tutus: gloriosus: charitas: quem esse omnes conueniunt: mitis: acer: tardus: sine querella: semper manens: quem & natura videre omnia dicit Epicharinus pytagoricus: nihilq; illi clam esse: nihilq; q᷒ non possit. Qui & omnia dare: vt ē sentētia Democriti: atq; omnia potest auferre rex omnium ipse solus: & vt ait Pindarus. Unus pater summus atq; optimus artifex: qui progressus singulis diuersos ſm merita prebet: qui vt Orphe⁹ quoq; tradit his versibus quos Mapheus vegius laudensis vir christiana religione optimus & litteris apprime eruditus latinos fecit: cuius dicēdi candorem eo suo opere eximio de perseuerantia religionis sequi hoc loco gratū fuit.

Unus perfectus deus est: qui cuncta creauit.
Cuncta fouens: atq; ipse ferens super omnia sese.
Qui capitur mente tantum: qui mente videtur.
Qui nullumq; malum mortalibus inuehit vnquā.
Cui pater non est alius: qui excelsus insidet nubibus altis.
Quem celorum aurea sedes sublimisq; tenet.
Cuius se dextra tendit occeani ad fines.
Quem de radicibus imis concussiq; tremūt montes.

Nec pondere quãuis imenso sint ferre queunt:
Qui culmina celi alta colens: terris nũquam tamẽ ille sit absens.
Ipse est principium: medium quoque: et exitus idem.

Ad hanc igitur tam felicem precellẽtem patriam a tali eius ac tãto vocati principe: immanibus deuictis hostibus nostris: leta trophea referentes ibimus gaudentes. Quid non ergo? inquit Cyprianus in libro de imortalitate anime: quid non properemus et currimus? vt patriam nostram videre et parentes salutare possimus. Magnus illic carorũ numerus expectat parentũ: fratrũ: filiorum: carorum amicorum frequens nos et copiosa turba desiderat: iã de sua icolumitate secura: adhuc de nostra salute sollicita. Sed preterea ibi nos excipient magno cũ plausu obuia nobis milia angelorum: Ibi occurret ingens eorum qui recte sancteque mũdo vixerunt: atque infinitũ agmen. Ibi inumerabiliũ cõfessorum sacer et preclarus ordo. Ibi sacerdotum pstãs et venerãda turba. Ibi monachorum conserte et exultantes caterue. Ibi lõga eorum celebrisque societas: qui excellenti suo igenio salutiferisque doctrinis diuinas leges: vel defenderũt vel auxerunt. His se adiungent plaudẽtes dulceque modulãtes candidarũ virginũ chori. Tũ instructe lõgo ordine martyrum acies: quesiti triũphi palmas et vexilla gestãtes. Mox venerãdo insignes vultu atque habitu apostoli: prophetarũ quoque ac patriarcharum grauis et gloriosus senatus. Post quos saluator orbis Jesus christus dominus noster triũphale superate mortis vexillum manu protendens: carãque vna secum matrẽ splendidiorẽ sole: candidiorẽ niue: coronis vndique: monilibusque vndique radiantẽ: excelso in solio tenẽs. Tũc tota ipsa beata oipotensque Trinitas ex pura sua inaccessibilique luce circũplectet: nos exosculabitur tãto cum honore et gloria ad se venientes: eternoque secũ gaudio fruituros: propria singulos et digniore vti cuiusque merita postulabunt: in sede collocabit. Tũc se quãte maiestatis: quantique splendoris sit: omnibus palam demonstrabit. Tũc eam videbimus oẽs: cõtemplabimur atque amabimus: qua nihil expectari põt amenius aut delectabilius. Tunc patris potẽtiã: filij sapientiã: spũssancti benignissimã clementiã pspicue cognoscemus. Tunc incõprehẽsibilia illius arcana penetrãtes veritatẽ ipsam certius manifestiusque intuebimur. Tũc videntes intelligemus: itelligẽtes ama-

bimus: amãtes delectabimur: delectãtes dulci eius suauitate perfruemur: perfruentesq́ꝫ omniũ quecũqꝫ optabimus: cõpotes erim⁹. Hic ebetat visus: mutit lingua: manus deficit: stupet rõ: oĩsqꝫ deiecte caligat mentis obtutus: cũ ea aggredimur: que nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs vnquã ascendit. Antisthenes deũ dixit nulli similẽ esse: quare nullo etiã modo fieri posse vt agnoscat: cuius imaginẽ nullã habeas. Et Xenophanes colophoni⁹ vn⁹ inqt deus inter deos atqꝫ hoĩes maximus: nec corpore atqꝫ mente mortalibus similis. Heraclytus etiã verbi qđ est semꝑ ait: sensu homines nõ capiunt: nec antequaꝫ audiant: nec cũ primo audierunt. Sꝫ ⁊ Xenophõtis in eandẽ sñiam verba sunt hec. Qui oĩa quatit ⁊ oĩa quiescere facit: magnus potensqꝫ est: qđ oĩbus patet: qualis aũt forma sit: nemini patet nisi ipsi soli: qui luce sua oĩa perlustrat. quis eiꝫ corporeis deum verum celestem atqꝫ ĩmortalem oculis cernere potest? Deus inquit Plato in phedrone totius rerũ natura cã ⁊ rõ: ⁊ origo initialis summus animi genitor: eternus aĩantiuꝫ sospitator: assiduus mundi sui opifex: sed enim sine ope opifex: sine cura sospitator: sine ꝓpagatione genitor: neqꝫ loco: neqꝫ tꝑe: neqꝫ vice vlla cõprehẽsus: eoqꝫ paucis cogitabilis: nemini affabilis. Orpheus quoqꝫ cuius versus idem Mapheus vegius latinos fecit: ita scribit.

Hic enim video eius vestigia.
Fortem hicqꝫ manum video.
Uerum ipsum cernere quis sit: nequaquam video.
Nam nubibus insidet altis.

Quã eximia autẽ sunt Gregorij nazareni verba illa que scripta reliqt in libro de virtute. Siqs arbitrat deũ posse cognoscere ĩquã tũ deus est: nõ suã mentẽ hꝫ: nisi queãdmodũ si vmbrã solis in aqua respiceret: solẽ intueri putaret: vel hostij pulchritudinẽ admiratus dum intus videre existimaret. Alius sane alio sapientia prestãtior existit: q cũ plura videt: plus attrahit splendoris. sed tñ oẽs dignitate dei que lumen vellat inferiores sunt. hoc lumen tenebre tegũt: atqꝫ preoccupant fulgorẽ summi luminis penetraret: hoc ad deum cognoscendũ sufficere vꝫ: q oĩa sui presentia replet: quiqꝫ solus vniuersos celos occupat: ⁊ qui mẽtibus sapiẽtiã prebet: ac mentis ict⁹ refugit. Sed qđ excellentius testimoniũ est, Raptus Paulus vsqꝫ

ad tertium celum vidit arcana dei: que nō licet homini loq: vidit ꝛ cōsternatus est humi cōfestim: cecideruntq; sup eū tenebre. Nos qua audacia que summi philosophi atq; poete: que sanctissimi viri intel ligi haud posse dixerūt: que substinere Paulus non potuit? satius sit nobis que magister noster Jesus: que prisci patres: ꝛ pceptores tradiderūt: sola magis ꝛ sincera fide suscipe q̃ꝫ verborū vllo ābitu indagare. Uidemus nūc in enigmate per speculū: tūc videmus facie ad faciē. Si natura humana inquit Plato illa posset superiora pspicere: cognosceret ibi esse verꝫ celū: ꝛ veraꝫ lucē: ꝛ verā terrā. hec enim terra ꝛ hi lapides ꝛ oīa que hic sunt: corrupta exesaq; sunt a sal sedine maris: quēadmodū ea que ꝓpe mare sunt: in qua tāquam in sterquilino formice: aut ī palude rane videnť hoīes habitare. Pro ponamus nobis animo magnū quēpiam regem celebrantē hospiti- bus cōuiuiū: nōne existimabimus maiore longe eum vsurū diligen- tia: opulētioreq; ꝛ splendidiore apparatu: q̃ꝫ si a plebeo aliquo te- nuioris sortis hoīe id instrueret? ita credere nobis lꝫ summū illum terre atq; celi regē qui dixit: Uenite omnes q laboratis: ꝛ ego refi- ciam vos: tales paraturū in regno suo epulas: quales nulla alterius ars queat instruere: aut excogitare: quibus refecti tāti conuiue tā- ta diffundanť suauitate: quanta nos infimū ꝛ mortale genus nullo vnquā pacto ꝯprehēdere possumus. Curare igitur debebimus non quales ille future sint superne epule inuestigemus: sed vt ita pie sancteq; viuamus: ne a celesti illo cōuiuio cū tēpus cene aduenerit: arceamur. cōsideremus parabola decēꝫ virginū: q̃ꝫ huius rei causa recte docuit nos saluator noster: quarꝫ qnq; prudētes cū cōseruato oleo recepte a sponso fuissent: contra quinq; fatue: q2 nullā seruandi olei curā habuerāt: reiecte iō atq; a nuptijs excluse sunt. Uigilem⁹ ergo qđ monet ibi nos dn̄s: ꝛ vt aditū ad celestes nuptias quotiēs- cūq; tēpus nos vocabit habeamus: toto nunc studio: totis nūc vi- ribus insudemus: quale cenaculum sit: qualia ibi edulia: quales io- ci: ꝛ plausus preparenť: cū nō sit humane fragilitatis hec ītelligere: talia ea esse fide docente credamus: qualia magis magnitudini po- testatis atq; excellētie: ipsi⁹ q̃ꝫ vtilitate nr̄e cōuenire videanť: que enim lingua dicere: vt inquit Gregorius: vel quis intellectus cape- re sufficit: illa superna ciuitatis quāta sint gaudia? Angelorꝫ choris

interesse:sub beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere:incircunscriptum lumen videre:presentem dei vultuz cernere:nullo mortis metu affici:incorruptionis perpetue munere letari. vbi ex sententia Augustini in libro vltimo de ciuitate dei:nullum erit malũ:nullum latebit bonum. vacabitur dei laudibus:qui erit omnia in omnibus. vbi neqꝫ vlla desidia cessabitur:neqꝫ vlla indigentia laborabitur. vbi vera gloria erit. vbi nec laudantis quisqꝫ errore:nec adulatione laudabitur. verus honor qui nulli negabit digno:nulli deferetur indigno:ad quem nec vllus ambiet indignus. vbi permittetur esse nisi dignus vera pax. vbi nihil aduersi:nec a seipso:nec ab alio patietur. vbi premiũ virtutis erit deus ipse:qui virtutẽ dedit. vbi ipe:erit ⁊ vita:⁊ salus:⁊ victus ⁊ copia:⁊ gloria:⁊ honor:⁊ pax:⁊ omnia bona. vbi ipse:finis erit desideriorum nostrorum:qui sine fine videbitur:sine fastidio amabitur:sine fatigatione laudabit. vbi hoc munus:hic affectus:hic actus profecto erit omnibus:sicut ipsa vita eterna cõmunis. vbi vna in omnibus:⁊ inseparabilis in singulis voluntas libera ab omni malo liberata: ⁊ impleta omni bono:fruens indeficienter eternorum iocunditate gaudiorum:oblita culparum:oblita penaruz:nec tamẽ ideo sue liberationis oblita:vt liberatori suo sit ingrata. vbi sicut idem alibi dicit:erit lumen indeficiens. vbi gaudiũ sempiternũ. vbi vita perẽnis ⁊ imortalis ⁊ letitia sempiterna cũ angelis ⁊ apostolis. vbi lux lucis ⁊ fons luminis. vbi ciuitas sanctoꝝ Jesuralez celestis. vbi cõuentus martyrũ ⁊ patriarcharũ:Abraam:Jsach:⁊ Jacob:⁊ sanctoꝝ omniũ. vbi nullus dolor:nec tristitia post gaudiũ. vbi nox effugiet:⁊ senectus non apparebit. vbi charitas inexplebilis. vbi pax indiuidua. vbi assistunt angeli:⁊ vniuerse potestates. vbi manna idest cibus celestis ⁊ vita angelica:⁊ vt infinita breui comprehendant. vbi omnis dolor:⁊ omne malum non videbitur:⁊ omne bonum non deesse vnquã potest. vbi vt dicit Ephren:laudatio ⁊ exultatio ⁊ iocunditas sempiterna est. vbi fulgebunt sicut sol. vbi letabuntur letitia inenarrabili. vbi deuz videbunt:qd̓ bonorum est omnium potentissimũ. vbi nobis Christus demonstrabit omnem gloriam patris ⁊ sanctorum officia angelorum. vbi adorabimus patrez in atrijs sanctis. vbi sine fluctib⁹ ⁊ perturbatiõibus vite viuemus. vbi choris miscebimus scõꝝ. vbi

auferent ab oculis nostris lachryme: que pupillas oculorũ nostrorũ obnubilãt. vbi cantabimus ⁊ dicemus: Mirabilis es domĩe i sanctis tuis: ꝯfitebimurq; domino: q: repleti sumus misericordia tua: ⁊ exultauimus: ⁊ letati sumus omnibus diebus nostris: vbi sicut ait Bernardus: premiũ est videre deum: viuere cũ deo: qui est oĩa in oibus: ⁊ habere deũ qui est summũ bonũ: i quo est summa felicitas: summa iocunditas: vera libertas: perfecta charitas: eterna securitas: secura eternitas: vbi est vera letitia: plena sciẽtia: oĩs pulchritudo: ⁊ oĩs beatitudo: vbi pax: pietas: bonitas: lux: virtꝰ: honestas: gaudia: letitie: dulcedo: vita pennis: gloria: laus: amor: ⁊ concordia dulcis. vbi videbunt eũ ad voluptatẽ: fruentur ad iocũditatez. vbi iustus in eternitate vigebit: sicut habebit permanẽdi eternitatẽ: sic cognoscendi facilitatem: ⁊ quiescẽdi felicitatez: vbi qđ semel adipiscitur: semꝑ tenet. vbi requies a laboribꝰ: pax ab hostibꝰ. vbi nulla tristitia: nulla angustia: nullus dolor: nec timor: nec labor: nec mors: sed perpetua sanitas semper perseuerãs. non malitia: nõ carnis miseria: nec vlla oĩno necessitas: nulla egritudo ieiunij: nulla tentatio inimici: nõ peccãdi voluntas: nec delinquẽdi facultas. Ad hanc igitur: tot tãtisq; bonis abundantẽ: tãq; felicẽ: ac perpotẽtẽ celestẽ patriã: quam fide tantũ cognouimus: erigamus etiaz spem nostrã: meditemur q̃ ingẽs sit illius ãpluz: excelsum: incorruptũ: atq; felicissimũ: qđ sperare possumus bonum. O quam stulti sunt viatores seculi: qui in hac peregrinatõe aduersitatũ turbine deficiẽtes: summũ bonũ: quo adepto vlterius nil põt desiderari: amittunt. O quã dementes si in via mundi amena prata voluptatum cõspicientes: ⁊ ibidẽ imorantes: obliuiscũtur quo tendũt ad felicez supernã patriam. Nulla igit: vt iquit Gregorius: nos reuocet aduersitas: nulla frangat itineris difficultas: nulla seducat blandiens ꝓsperitas: sz ꝯstanter ⁊ ꝑseuerãter asperũ vite iter: ⁊ quascũq; calcantes amenitates: toto desiderio sicut oues aberrantes anhelemus ad nr̃m optimum pastorem celorum. s. regez: qui nos summo gaudio recipiet: cuius oĩum astantiũ charitas nos deosculabitur: qui inter Paradisi preciosas epulas: excellentesq; odoribus flores: ⁊ angelorũ memoria: omnium gaudiorum fructu referta cibabit in pascuis eius eterne felicitatis.

Jacobus Gualla in cunctis pusillus doctor Ticinēsis de Antiquitate Papie.

De Papie antiquitate. Cap. XI.

Unc demū de antiqtate Papie superest dicere: que iuxta Ticinum fluuium a preterfluente ipso Ticini amne Ticinū vocat. Papiā āt ab admirāti vbo pape vocāt: eo qd abūdat mult] qsi mirabilis: vt ad verbū refert Papias lōgobardus vir egregie doct9 i suo āplo vocabulor ope. Nā Papiā alij ānosissimā 7 senectut] plenissimā affirmāt. Alij varijs scriptor scriptis i oppositū se mouēt: qb9 facile credēdū nō ē: 7 si res grauis nō sit certamis. Neqz eiz ciuitates eo nobiliores 7 pstātiores sunt: quo vetustiores. imo neqz homies q celeberrimis ciuitatib9 pgeniti pptereа nobiliores sint. Nam cū quidā ignobilis sane philosoph9 Alexādria oriūdus Platoni inuideret: q Athenis oīuz philosophātiū cū mirabili celebritate gymnasia pso-

narent. Felicē te inquit Plato: q̄ Athene te genuere. At ille statiʒ. Neqʒ si me Alexādria genuisset esseʒ quod tu. Neqʒ si te Athene genuissent: esses quod ipse sum. Itaqʒ magis loca a viris: q̄ʒ viri a locis celebritatem famamqʒ accipiunt. Virgilius paruo vico qui Andes vsqʒ hodie dicitur ortus: famam pago dedit: non accepit. distat a Mantua circiter viginti millibus passuum. vnde quidam luculentissime orsus est. Salue Andina tellus tāto celeberrima partu. ⁊ que sequuntur. Sed ⁊ Bethleem oppidum paruuluʒ intra fines Judee sanctarū cōmemorat auctoritas scripturarum: multisqʒ antiquis seculis propheta cecinit. Et tu Bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibꝰ iuda: ex te eniʒ mihi exiet dux: qui regat populum meum Israel. Quid plura? Urbs ipsa Rome caput orbis: nonne omnium ferme ciuitatum finitimarum postrema extitit? que postmoduʒ tantum inter alias caput extulit vrbes: quantum lenta solent inter viburna cupressi. Inaniter igiť mortales gloriant̄ de veteri seu celebri oriundos esse ciuitate: si eos ignobiles sua efficit improbitas: tamen vbi in hanc vulgatam antiquitatem incidi: de ea pauca in mediū adducere libet: ⁊ materiam late patentem summa queqʒ leniter decerpens: pro pusillitate ingenij angustis finibus in viaʒ veritatis: qua cuncta scripta fulgere debent: dilucide dirigere.

IN primis nāqʒ proponēduʒ venit: q̄ dubia ꝑ veris clara affirmare sententia difficillimū est: ⁊ sepius erroneum. Sed errorem creare solet antiqͥtas: teste Ysidoro ispalensi ep̄o: suo ethymologiarū p̄stanti opere: queʒ sanctitate: ⁊ doctrina virū de origine vrbiū a primis incolis deriuantē attente sic dicentem audiamus.

De auctoribus conditarū vrbiū plerūqʒ dissensio iueniť: adeo vt nec vrbis quideʒ Rome origo possit diligēter cognosci. Naʒ Salustiꝰ dicit. Urbē Romā sicuti ego accepi: ꝯdidere atqʒ hitauē prio troiani. Alij dicūt ab Euādro: ħʒ q̄ Virgiliꝰ ait: Tūc rex Euādrꝰ romane ꝯditor arcis. Alij a Romulo vt Hēniꝰ huiꝰ nate auspicijs illa iclita Roma. Si igiť tāte ciuitatj certa rō nō appet: nil mirū si in

aliarũ opinione dubitatur. vnde nec hystoricos: nec cõmentatores in parte condẽnare debemus: quoniã antiqtas ipsa creauit errorẽ.

Non minus igitur Papie: q̃ȝ Rome: sique subsecũtur dilligenter considerentur: difficile est originem cognoscere. que ob ingẽtem eius antiquitateȝ non fert notam iri antiquissimam eius originem: vt infra dillucide patebit. Longobardorum auteȝ primo hystoria: que inter sacras computatur diui patris nostri Augustini catholici doctoris eminentissimi: percelebrem continens translationem: ad verbum refert gallos senones Ticinum: Mediolanum: Pergamum: Brixiamq̧ construxisse. Dum enim Ticinum ceteris tribus preponit ciuitatibus: quo: aut quanto: vel eodem sint tempore condite non declarat.

Ticinũ quoq̧ preponit in sua imaginis mundi cronica parte secunda: vir virtute: ac religione: frater Jacobus Aquensis predicatorum ordinis: qui eiusdem vrbis magnam antiquitateȝ: inclytãq̧ dignitatem: cum subsequenti prosa bis meminit versibus.

Sceptra tenet primi regni Picus: qui auis olim:
Inde fuere prius Papiam constituentes.
Nobilibusq̧ viris: formosis: atq̧ disertis:
Fortibus: antiquis: medicis est plena superbis.
Urbs Agiles: magnosq̧ parit: animo quoq̧ claros.

Aripertus rex sepelitur in Papia: que inter alias ciuitates longobardie de honore regio fuit magis honorata: q͛ semper sedeȝ regni habuit: tam viuorum q̃ȝ mortuorum Regum longobardorum.

Ipsum autem Picum Saturni filium: quem Eutropius: atq̧ Papias declarant ideo auem vocatum: quoniaȝ per Picũ aueȝ: quam domi tenebat: futura prenoscebat. Agrestesq̧ etiam mirãda eloquentia in suum trahebat cõmodum: quem quidẽ Picum Eutropius refert Italie regi scd͂o. de quo infra p̱ Eusebiũ cesariẽsem.

Eutropius autem libro quarto hystorie romanorum narrat: q̧ transacto bello punico contra Philippum regem: quingentesimo ⁊ quinquagesimoprimo anno ab origine vrbis. Et Christus saluator natus est ab origine ipsa anno septingentesimoseptimo: ⁊ vigesimosexto: romani per Greciam inuenti sub Hannibale captiui: capitibus rasis ob detrusam seruitutem sequuti fuerunt triumphã

tis curruum:eodemq; tempore insubres boij:a quibus Ticinum cõ
dita est:atq; Zenomani:ɔtractis in vnum viribus Amilchare poe-
norum Duce:qui in Italia remanserat:Cremonã:Placentiãq;
vastantes:a Lucio fuluio pretore:difficilimo bello fuisse superatos.
quod quidem tempus superius memoratum:nõ ad Ticini originẽ:
sed triumphantis gesta prefixum videtur.

Plinius vero Nouicomensis libro secundo naturalis hystorie
inquit. Nam vt Cato existimat Lyguruz:ex quib⁹ Leui:⁊ Marici
condidere Ticinũ:non procul a pado.sicut boij transalpes profecti
laudẽ Pompeiã:insubres Mediolanũ.Tẽpus ergo Ticini origi
nis se refert ad scripta Catonis:qui multo claruit tempore:nõ tan
tum ante eundez Pliniũ tẽporibus Uespesiani:⁊ Titi patris:⁊ fi-
lij florentẽ.qui ambo imperatores:Hyeresolimis euersis:quadra-
gesimosecundo anno post domini in celis ascensum:de perfidis iu-
deis supplicium sumpserunt:vt eiusdem Plinij littere declarãt:ve
rum ante Hãnibalem.

Liuius item Patauinus pcelebris quippe hystoricus libro prio
de bello punico refert:Scipionẽ traiecisse paduz:⁊ ad ticinũ amnez
motis castris priusq̃ educeret in aciem adhortandoꝝ militũ causa
orationez exorsuz fuisse.Addit quoq; romanos ponte iunxisse Ti-
cinum:quo transitũ facere possent ad Ticinuz.s.vrbem:tutandiq;
pontis causa aduersus hostes super imposuisse castellũ. Ticino aũt
amne per pontem a romanis transgresso:nobilis hystoricus:nunq̃
postea Ticinum memorat amnem.⁊ tantum:⁊ sepius Ticinuz scilz
vrbem.vnde ob vrbis:⁊ fluminis vnius nominis vocationẽ:vrbs
est in obscuro apud ipsum hystoricũ:qui etiã Placentiã nominat:
⁊ non vrbem:sic Cremonã:sic Mutinam:sic Ueronaz:sic deniq;
ceteras:de quibus in eximio opere suo. Non est igitur mirandum si
Ticinum non nominat vrbem. Nominat quoq; Clastigiũ eiusdem
opidum olim horreũ romanorũ:qd ab ea vrbe distat decem milli-
bus passuum:corrupto. P. Brundisino prefecto:Hannibali apud
Ticinum victoria elato proditione tradditum.

Ualerius quoq; Maxim⁹ capitulo de pietate.erga fratres.te-
statur Tyberiũ Cesarem iuisse Ticinũ ad cõplectendos parentes:
Augustum.s.⁊ Julliaz:in vrbe siquidez:⁊ nõ in flumine imorãtes:

post habitaz cum Druso fratre de germanis victoriam.

Silius ēt poeta italicus de Ticino vrbe: atq3 amne vsus Mediolanum altis clauso rippis. s. vrbis menijs: que eiusdē claris pcutiuntur vndis: his carminibus mentionem faciens inquit.

Dum romana tuc Ticine cadauera ripe
Non capiant: similisq3 mihi per celtica rura.

Que doctus comētator Petrus marsij: per hec verba exponit. Ad Ticinum vrbem: ⁊ fluuium eiusdem nominis Hannibal exercitum romanum primo profligauit. P. Scipione consule.

Franciscus aūt petrarcha clarus poeta: libro de viris illustrib⁹ capitulo Hānibalis tradit Hānibalez ipsuz ad Ticinū amnē iuxta Papiam: obuiato in planitie: ⁊ vulnerato. P. Scipione: equestri bello maiori militū copia fudisse romanū exercituz. Pz ergo p sup memoratos auctores: ⁊ Ticinū amnē: ⁊ Ticinū vrbez extitisse tpe Amilcharis eiusdē Hānibalis parētis. Et ob igentē ꝯditoꝶ varietatez eius originē sub nube latere. Cuius prefixū tp̄s ꝯticuere oēs.

Blundus itidem forliuiensis de Roma instaurata: ⁊ Italia illustrata sentit Papiā Ticini noīe vetustiorē: nō multū antiquitate p̄stare. Propterea dicit ipse: q̄ ex Liuij scriptis tpe quo Hānibal superatis Julie alpibus descendit in Italiā: constat Ticinum vrbem non fuisse: que si fuisset: eius nomen Liuius posuisset. Sicq3 veritatem ab alto capere videtur: quā de via recta in aliaz flectere conuincitur: attentis preclaris hystoricorū scriptis supra memoratis: qui dilucide ponunt: ⁊ Ticinum vrbem: ⁊ Ticinuz fuisse amnē. Atq3 etiam iuxta ipsum Liuium. Nam Scipio inquit traiecit padum: ⁊ ad Ticinū amnem: motis castris Ticinū ponte romani iungunt: quo ad Ticinum transitū faciant vrbem. Transgresso autez flumine: Liuius non amplius nominat amnem: at tantum ⁊ sepius Ticinum scilicet vrbem. Uerum ob vrbis ⁊ fluminis vnius nominis vocationez: ⁊ vt supra vberius habetur etiam apud Blonduz ipsum vrbs ipsa magna nube tegitur.

Frater demum heremitanus in suo cronicarum supplemento refert Ticinum a gallis senonibus conditū: item postea obnubilare antiquitatem videtur: subiungens locum ipsum vicatim ab insubribus gallis longe ante habitatum. Uerū Eutropius duz Hanni-

balis refert victoriam asserit Ticinum ab insubribus boijs conditum: Non debuerunt ergo galli senones dici cōditores: qui quidez senones: iuxta ipsum etiam Heremitanū: cum primi nō fuerint cultores: quam originem a primis incolis deriuantē Ticino dare potuerunt? nisi forsan duorum adhuc extantiū muroꝝ ampliationez.

